



DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM

DE

SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRIS-
TI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-
MISSIMIS.

*Adversus recentiores Arianos seu Photinianos, Satisfactio-
nem CHRISTI omnem pernegantes*

DECIMA QUARTA:

Methodum occurrendi primarijs quibusdam,
Photinianorum objectionibus demonstrans.

QUÆ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo Arcis
ad d. 27. Sept. Anno clō 10 cxxv. in inclusa Wittenber-
gensium Academia habebitur.

PRÆSIDE

WOLFGANGO FRANZIO, S.S.

Theologiæ Doctore, & Professore Publico.

RESPONDENTE

JOHANNNE LAURENTIO
VRATISLAVIENSI.

Wittenberga, Typis Johannis Gormanni.

VIRIS
MAGNIFICIS,
STRENUIS, NOBILISSIMIS, AMPLIS-
SIMIS, PRUDENTISSIMIS;

Dn. ADAMO Dobschitz / in Sil-
menaw / &c. Urbis ac Ducatus Vratislavi-
ensis CAPITANEO dignissimo:

Dn. DANIELI Hefeler / in Wangern
& Polockowitz:

Dn. JOHANNI Haunolt / in Nymberg:

Dn. CHRISTOPHORO à Polen /
in Thiergarten:

*Senatoribus Florentissima ejus Reipub. specta-
tissimis, & Scholarum PRÆSIDIBUS
meritissimis.*

NEC NON
RELIQUIS IN EA
CONSULIBUS ET SENATO-
RIBUS HONORATISSIMIS,

Patribus Patriæ
laudarissimis,

*Dn. Mecœnatibus, Patronis & Fautoribus
meis æviternum colendis.*

*Præsens ἀσκημα Antiphotinianum debita ob-
servantia γυμνασια & studiorum διδασκα.*

VOVEO & PONO

Johannes Laurentius Resp.



Σύν Θεω.

I.



Hactenus Historiam sacrificiorum Patriarchalium sacram, hoc est, totam doctrinam de sacrificijs, mortis Christi typis dilucidis & certissimis, lectori benevolo ob oculos proponere studuimus: animusq; fuerat, deinceps ea saltem examinare, quæ (præter hæctenus examinata in his ipsis disputationibus Sacrificialibus) restant examinanda de hoc ipso capite, & extant apud *Faustum Socinum* in libro de *Servatore*, parte secunda.

II. Verùm enimverò interim ad dominicã octavam Trinitatis hujus anni millesimi sexcentissimi, decimi quinti, curante *Iohanne Theophilo*, huc *Witebergam* *Frankofurto* cis *Viadrum* seu *Oderam* mittitur, inscripta vel dedicata *Academiae Witebergensi* refutatio *Ariana* quædam thesium ad *Augustanam Confessionem* confirmandam ante hæc editarum cum hoc titulo, *Refutatio thesium D. VVolfgangi Franzij Theologiae Doctoris & Professoris Publici in Academia VVitebergensi*, quas ibidem de præcipuis *Christianae Religionis capitibus* anno 1609 & 1610 disputandas proposuit, scripta à *Valentino Smalcio Gothano*, cætus *Racoviensis* in *Polonia minori ministro*, edita anno 1614. *Racoviae*, Hæctenus titulus.

III. Ubi ante omnia iterum mirari necesse habuimus, cur faciat titulus tantummodo mentionem thesium disputatarum anno 1609 & 1610 cum tamen notorium sit, etiam tertium disputationum libellum prodidisse anno 1611 de articulis abusuum septem, qui cum *Augustanae Confessionis articulis* reliquis connectuntur, & in fine 7. disputationum, de septem abusuum articulis annexas prodidisse & proflare tres disputationes singulari sine scriptas, in quibus primi libelli brevissima de *Trinitate* disputatio longè fusiùs & firmitus explanatur & confirmatur, ac insuper ad omnia *Catechismi*

Smalcio
respondit ad
24. dispu-
tationes
Franz.ij sal-
tem.

reclisimi Smalciani objecta de divinitate Filij DEI & personalitate Spiritus sancti responderetur. Mallentq; studiosi harum controversiarum videre, non quid ad brevissimas primæ disputationis de Trinitate in primo libello extantis theses solummodo, sed etiam quid ad luculentiores postremarum disputationum de Trinitate theses, Adversarius fuisset responsurus.

IV. Unde apparet refutationem Smalcij saltem adornatam super theses de Trinitate priores utpote brevissimas, debuisse alioquin, si posteriorum trium etiam rationem computasset, completius quiddam & amplius proferre: ut suo loco & tempore pleribus ostenderetur, non tantum in articulo Trinitatis, sed & in reliquis Augustanæ nostræ confessionis capitibus adversus ipsius refutationem vindicandis.

Ante centū
annos arti-
culus de me-
rito Christi
à Pontificijs
corruptelis
repurgatus
per Luthe-
rum, hoc
tempore à
Socinianis
novis gra-
vissimis alijs
est purgan-
dus.

V. Cum igitur inter disputationes sacrificiales, (quas ultra annum tractamus,) toti adhuc simus, in articulo de plena satisfactione à JESU Christo pro peccatis totius mundi peracta adversus Socinianas corruptelas singulariter repurgando, (quæ ante hoc centum annos à quisquilijs Pontificijs redintegravit Beatissimus Lutherus,) & verò Smalcius in suis refutationibus adversus eundem articulum nunc etiam insurgere impetuosisimè voluerit, facere, nec potuimus, nec voluimus, nec debuimus, quin & in superius indigitata Sociniana, & hæc nova Smalciana transmissa in honorem Filij DEI & in Ecclesiæ turbatæ pacem & utilitatem, simul diligenter in aliquot, hæc & sequentibus disputationibus inquireremus & animadverteremus.

VI. Omnium suffragijs hic articulus maximè cognitu est necessarius, & sincero assensu citra corruptelam dignus. Quid enim faceres, si alia multa totius sacræ Scripturæ mysteria perspecta haberes, attamen modum justificandi, seu viam salutis seu rationem participandi vitam æternam ignorares, aut certam non sequeris. Jam verò *dis. Αε' πασων* pugnat opinio Socinianorum cum doctrina Ecclesiarum nostrarum.

VII. Nostrarum Ecclesiarum est doctrina, i. quod Adamus & Eva, & in ipsis cuncti totius generis humani homines ad immortalitatem quidem creati, postea propter secutum peccatum, jux-

ta com-

in comminationem divinam Gen. 2, 17. In quocunq; die comederis ex eo, morte morieris, mortalitati & gehennæ fuerint mancipati, 2. quod hujus decreti divini executio quoad mortem & gehennam æternam fuerit suspensa, non nisi propter aliquod, quod tunc intervenit, nimirum propter Filium DEI, qui promisit se carnem accepturum, & in carne satisfacturum justiciæ decreti divini pro peccatis totius generis humani. 3. Quod fide in promissum hunc Messiam Adamus & Eva fuerint erecti & salvati, quod eadem fide salvati fuerint omnes ante nativitatem Christi, quod eadem fide in Christum tandem exhibitum, & post justiciæ decreti divini peractam satisfactionem, ad dexteram DEI exaltatum, in novo testamento salventur omnes quotquot in æternum salvantur, 4. quod eadem fide destituti in veteri & novo testamento de salute æterna perichitentur.

II X. Econtrario Sociniani volunt. 1. quod DEUS Adamum & Evam condiderit mortales, adeoq; quod homines etiam in statu innocentia, tamen morituri fuissent, quodq; hoc respectu mortalitas hominum fuerit naturalis, 2. quod propter interveniens peccatum, illa mortalitas facta fuerit necessaria. 3. Quod Messias venturus fuisset, etiamsi homines non peccassent, ut nimirum (suo tempore, in ultimo die) daret hominibus immortalitatem, quâ ab ipso creationis initio primus homo caruerit. 4. Quod Messias post peccatum introgressum multo magis venit ad hominum peccata delenda, & simul ad immortalitatem hominibus dandam.

IX. Ergo Christum vocant Servatorem, 1. quod æternam vitam primus annunciavit, antea ab orbe condito cunctis ignotam, 2. quod nobis etiam viam ad æternam vitam, tum ipse, tum per alios à plena sibi data potestate electos annunciavit, tum confirmavit, non tantum miraculis, sed etiam juxta decretum DEI sanguine fuso, ut fœdera solebant sanguine pecoris fuso sancire veteres, qui sanguis Christi fusus non DEUM ad liberationem concedendam, sed nos ad oblatam amplectendam, & ad fidem Christo majorem habendam excitaret, 3. quod viam illam in sua ipsius persona cum sanctæ vitæ, sancto exemplo, (quod imitari possimus,) tum à mortuis resurgendo,

seu vitam æternam actu occupando post terram toleratam mortem ostendit, 4. Deniq; quod potestatem à patre accepit ijs, qui in ipsum credituri sunt, in ultimo die dandi vitam æternam.

X. Sic ergò Christus fidei & obedientiæ nostræ auctor & effector fit, & præterea ejus largiendæ auctoritatem & potestatem est consecutus, sic mortem abolet, vitam in lucem profert.

XI. Potuisset DEUS pater secundum ipsum Christum evehere ad summam gloriam, & per ipsum exaltatum dare immortalitatem hominibus, ut etiam *ita* iterum salus à DEI mera & sola benignitate, (nec quicquam ex Christi meritis) dependeret, sed tamen *sua causa* motus pater voluit, ut ipse filius prior ingrederetur viam salutis, quæ sine afflictionibus decurri nequit, ideo etiam decrevit, ut fieret ei obediens usq; ad crucem, cum certissima promissione, quod ex ea illum liberare velit, unde etiam nos certiores redderemur, quod per varias afflictiones & nos perrecturi viam salutis tandem monstratam à Christo resuscitato & tanta potestate prædico, omninò immortales simus per Christum efficiendi.

XII. Præterea volunt, quod veteres nequaquam fide in Jesum Christum fuerint justificati, & quod tamen in ultimo die per Christum sint excitandi ex mortuis, & immortalitatem accepturi, ex eo quod Christo data sit omnis potestas super omnes mortuos, & super viventes. Addunt veteribus non fuisse propositum modum justificationis nisi opera.

XIII. Nunc scimus, inquit Smalcus contra disput. 4. fol. 103. Abrahamum & omnes alios, quorum auctor Epistola ad Hebræos meminit, fide justificatos esse, at tunc cum pleriq; illi in vivis essent, istum modum justificationis per fidem propositum cuiquam fuisse nemo probare potest. Alius enim modus nempe per opera in lege propositus erat. Hunc autem non alium, quem DEVS in mente sua reservabat, homines tenebantur sequi. Hæc ille.

XIV. Hæc igitur doctrina Socinianorum si vera est, utique nostras Ecclesias in summis, puerilibus, ineptis, rudibus, futilibus, ridiculis, inanibus, irreligiosis, monstrosis opinionibus & erroribus versari necesse est, id quod subinde nobis & nostris Ecclesijs objicit Smalcus. Necessum igitur est ut utriusq; nostrum argumenta exactissimè ad trutinam sacrorum oraculorum expendantur.

dantur. Ejus rei subsidia & fundamenta non impertinentia huc usq; tractavimus.

XV. Sententiam igitur nostrarum Ecclesiarum antea delineatam brevius de hac controversia, valde nervosè & divinè complexus est Beatissimus noster Lutherus in disputatione Theologica super dictum, *Dominus Iesus heri & hodie, ipse & in secula*, quam disputationem nos & Ecclesie nostrae verbo Domini ipsissimo prorsus consentaneam, adeoq; immotam esse credimus.

*Divinissima
Lutheri ex
verbo Domini
& Catholica ec-
clesia do-
ctrina de
salute vete-
rum per
Messiam.*

XVI. Labet autem ejusdem ipsius verba seu theses huc pertinentes recensere quae habent in hunc sequentem modum:

1. Unus & idem DEUS, ab initio mundi varijs modis, per fidem in eundem Christum cultus est.

2. Certum est, Adam & Evam in semen mulieris promissum, (id est) in DEUM promissorem credidisse.

3. Habel offerens placuit DEO promissori seminis, in quem, seu cujus promissioni, credidit.

4. Abraham ex Chaldaeis vocatus, DEO promissori seminis, vocanti credidit & justificatus est.

5. Alijs quidem personis, alijsq; temporibus, ejusdem promissionis fides renovata est.

6. Non humana quidem temeritate, sed divina auctoritate, quae eandem promissionem per diversa tempora & Personas voluit innovari.

7. Summa, quicquid gestum est virtutum vel rerum per pios ante Christum in fide promissionis ejus gestum est.

8. Sicut quicquid gestum est per Sanctos post Christum, id fide, impletur promissionis gestum est.

9. Desierunt per tempora varij illi modi credendi in semen promissum, seu in eundem Christum.

10. Sicut & ipsa Christiana fides novissimo tempore Evangelij innovata, desinet in fine mundi.

11. Ut sit illud verissimè dictum Christus JESUS heri & hodie, ipse & in secula Hebr. 13.

12. Si Adam, Noe & alij Patriarchae vixissent temporibus Abrahamae promissionem novam accipientis, oportuisset eos credere, ex Abrahamae semine futurum Christum, aut DEUM promissorem seminis amisissent.

13. Si

13. Si Abraham vixisset temporibus David, oportuisset eum credere, de fructu ventris David futurum esse Christum, aut frustra credidisset in semen mulieris.

14. Si David vixisset tempore Johannis Baptistæ, oportuisset eum credere in JESUM, semen filia suæ Mariæ, vel periisset.

15. Si Johannes Baptista post resurrectionem Christi, imò suo tempore credidisset, Christum venturum, seu nondum venisse, damnatus fuisset.

16. Frustra igitur credunt Judæi in DEUM promissorem Messia, qua fide olim rectè credebant Patres eorum.

XVII. *Hactenus theses Lutheri complectentes Ecclesiarum Orthodoxarum nostrarum de controversia proposita Catholicam & divinam sententiam: unde contrariam adversariorum de eadem controversia prorsus falsissimam non possumus non pronunciare, quæ exempli gratia continetur in his verbis Smalcij contra sextam disputationem.*

Ecce, Anilè vocat Smalcij fabulã, quando ex verbo Dei docetur, veteres fuisse salvatos propter Mediatore Christum.

Frantzij de bonis operibus, fol. 187. *Iustificatum esse aliquem in veteri testamento fide in mediatorem Christum ANILIS est FABVLA.* Hactenus verba Smalcij. In specie, quod ad Messiam attinet, contra disput. 4. Frantzij docet & scribit hæc verba: *Errat in eo Franzius & sibi imponit hac ratione, dum credit Messiam ob aliquam noxam humano generi esse promissum, cum tamen jam scire deberet, Messiam prædestinatum fuisse ante mundi constitutionem, & etiamsi nemo hominum unquam peccasset, tamen mittendum fuisse, non ut damnum aliquod illatum sarciret, sed ut hominem, quem DEVS è terra mortalem creare constituerat, ad perfectionem, ad quam DEVS in consilio suo tendebat, hoc est, ad immortalitatem perduceret.* Hæc ille.

XIIX. Item contra disput. 6. fol. 191. adversus theses Frantzij, quibus dixerat, veteres omnes fide in Christum salvari: addit, quod de justitia ex fide ne unum quidem verbum extet ante Abrahami tempora. Quin & contra disp. 6. de bonis operibus fol. 197. dicit: *falsum esse, Abrahamum fide in Christum præditum fuisse.* In eodem loco ait fol. 198. *Verum quidem est, Paulum Rom. 3. docere, Iudæos & gentes fide in Christum justificari absq; operibus legis: sed hoc tantum ad gentes & Iudæos, qui sub N. T. vixerunt, referendum est, quatenus nim. fides, hoc est, justificatio per fidem in fœdere proposita est. Nam qui ante Evangelium fuere gentes & Iudæi, qui DEO placebant, licet illi etiam omnes nullo alio, quàm fide*

*fide (IVSTIFICANDI) justificandi sine: tamen fides illa nec fides
Christi continebat, nec fœdere inclusa erat, sed ex sola misericordia DEI
totum illud negotium pendebat.*

XIX. Idem ibid. fol. 209. Quod ad Moſen attinet, nihil uſquam le-
gitur, unde appareat, illum Mediatoris vel Chriſti cognitionem habuiſſe vel
minimam. Nam quæ verba leguntur Act. 3. v. 22. à D. Petro citata, ea ex
mente tantum & explicatione Apoſtoli ad Chriſtum pertinent, quæ explicatio
nemini unquam, vel Moſi ipſi nota fuit. Item contra diſput. 7. fol. 213.
Illud, in ſemine tuo benedicentur omnes gentes, ad Iſaacum, typum Chriſti
refert. Vide & alia fol. 192.

XX. Pro veritate confeſſionis noſtrarum Eccleſiarum de
Meſſia præviſo ante fundamenta mundi, & tandem in tempore
promiſſo, & quidem poſt lapſum ad iuvandum lapſum genus hu-
manum promiſſo, robur habemus in cap. 3. Geneſeos ſolidiſſi-
mum: pro altera opinione de Meſſia ante mundum præcognito,
& in tempore mittendo, nimirum in ſtatu innocentie ad dan-
dam mortalibus creatis hominibus immortalitatem, ſed in ſtatu
corruptionis, & ad delenda peccata, (ſenſu Photiniano) & ad
dandam immortalitatem poenitentibus non modo ex 3. Gen. ni-
hil afferri poteſt, ſed nec alibi locorum quicquam veri & firmi
later.

XXI. Rectâ igitur accedendum eſt ad caput tertium Gene-
ſis. Et ſi adverſariorum proſus recentiorum de hoc capite iudicia
vel tantillum curare deceret, proſus ab eo eſſet nobis abſtinen-
dum. Verùm enim verò cum hoc pacto non poſſimus non inter
proditores Scripturarum annumerari, audiat & iudicet utraque
pars, quæ dicentur de illo capite 3. Geneſis, quæ majoris perſpi-
cuitatis gratia lubet per quæſtiones faciles deducere, cum in Col-
loquio Albano Photiniani ipſi in primis noſtros ſubter fugia quæ-
rere jactent, ſi nollent quæſtiones admittere, & addunt A. 3. b.
(ut veritas pateat, omninò ſine quæſtionibus tranſigi poſſe diſpu-
tationem nequaquam ſperamus.)

XXII. Et primò omnium quæſtio oritur, num vocabulum *I. Quæſtio.*
Serpentis in capite tertio Geneſeos de ſolo Phyſico ſerpente, ubiq;
verſum, debeat accipi. Reſponſionem inveniet lector diſputatio-
ne ſecunda de ſacrificijs theſi 6. negativam. Ratio ibidem ex

B

con-

contextu Gen. 2. sumita & affirmata annectitur, quod nequaquam
sit possibile bestiae irrationali, sermone articulado, hominibus
imprimis *tunc* proprio, disserere sapienter & discursivè de præce-
pti divini genuino sensu, de religione, de cultu divino, de futuris
rebus, de futuris præmijs vel pœnis. Videantur in hanc senten-
tiam plura loco jam allegato.

XXIII. Et Syllogismus constat iste:

Quicquid de rebus ad cultum DEI pertinentibus, dispu-
tat, id nequaquam potest esse bestia agri, sed necessariò vel
Deus ipse, vel Angelus bonus, vel Angelus malus vel homo erit.

Sed id quod cum Eva loquitur in Paradiso, Gen. 3, 1. 2. 3. 4. 5.
disputat de rebus ad cultum DEI pertinentibus, nimirum de sen-
tentia genuina præcepti divinitus dati, de felicitate summa &c.

Ergò nequaquam, illud disputans, fuit Serpens, sed vel
DEUS vel Angelus bonus, vel homo, vel quod quilibet ex
impio sine intellexit, *SATANAS.*

II. Quæstio. **XXIV.** Deinde quæstio alia oritur, si Diabolus serpente tanquam
instrumento usus fuit, quo sine primos parentes decipere satagerit.
Et responsio sumitur ex capite 2. & 3. Genesis, Voluit nimirum
primis parentibus persuadere, ne in servando præcepto divino de
arbore vitæ cavenda tantopere laborarent, ut eos hoc pacto so-
cios sibi compararet impietatis, ut & pœnarum, unde Joh. 8. men-
dax & homicida dicitur. & 1. Joh. 3, 8. qui facit peccatû ex Diabolo
est, quoniam ab initio Diabolus peccat. & Matth. 25, 41. Male-
dicti, ablegantur in ignem æternum, qui paratus est Diabolo &
angelis ejus.

XXV. Syllogismus fit iste:

Quicquid extenuat Evæ prævaricationem legis Dei sub pœ-
na mortis æternæ prohibitam, illud Evam cum omnibus suis
dolosè nititur facere reos mortis æternæ, & simul socios dia-
bolorum damnatorum.

Sed illud quod cum Eva loquitur in Paradiso Gen. 3, 1. 2. 3.
& 5. extenuat Evæ prævaricationem legis DEI, sub pœna mor-
tis æternæ prohibitam, Gen. 2.

Ergò illud quod cum Eva ibi loquitur, Evam cum om-
nibus suis nititur dolosè reos mortis æternæ, & simul socios
Diabolorum damnatorum facere. Ter-

XXVI. *Tertio* quaritur, quem effectum habuerit illa deceptio Diabolica. Et ex capite 2. & 3. Genesios aperta fuit responsio, quod duplicem habuerit effectum. 1. quia primi parentes mandatum divinum fuerunt transgressi, decepti a **DIABOLO** peccatum introduxerunt in mundum. 2. quia primi parentes per peccatum facti sunt rei illius comminationis, **MORTE MORTALIS**, mortis nimirum & æternæ damnationis. III. Questio.

XXVII. Id quod ita intelligendum venit, non quasi Satanas mortalitatem & mortem, & damnationem æternam operari poterit aut creare aut ordinare. Hoc enim omne est opus & effectum **DEI** existimandum, qui juxta rationem, qua illa omnia fuerat comminatus, eadem efficere valet. Satanas non ipse fecit mortem, sed **DEVS** est mortis efficiens causa.

XXIX. Socinus capite 1. prælectionum scribit hæc verba: *Cui adde, quod cum primus homo Diaboli opera peccaverit, quicquid ex peccato illo verè profectum est, opus Diaboli censei debet.* Hæc ille, loquens de mortalitate post lapsum. Quilibet autem intelligit, aliud esse peccatum contra legem **DEI** à Diabolo persuasum primis parentibus, aliud verò pœnam peccantibus à **DEO** per comminationes decreti primis parentibus antea propositam, & non nisi à **DEO** iudice & vindice ingerendam.

XXIX. Syllogismus videatur iste: *Quicquid perducit Evam ad prævaricationem legis, sub morte æterna prohibita, illud etiam causam præbet **DEO** super inobedientes homines introducendi & exequendi mortem temporalem & æternam.*

Sed illud quod cum Eva loquitur in Paradiso, Gen. 3, 1. 2. 3. 4. 5. perducit Evam ad realem prævaricationem legis sub morte æterna prohibita.

Ergo illud quod cum Eva loquitur Gen 3, 1. 2. 3. 4. 5. etiam causam præbuit **DEO** super inobedientes homines introducendi & exequendi mortem, corporalem & æternam.

XXX. *Quarto* quaritur; Utrū Diabolus post homines in peccatum coniectos quieverit, an verò urserit & factū impium, & simul executionem pœnæ propter factū impiū decreta, ut homines quos socios peccatorū fecerat, & deinceps socios pœnarum, faceret, imprimisq; in illa societate ipse potentior hominib. prædominaretur. IV. Questio.

Et respondetur. Si Apoc. 12. 9. 10. 11. 12. seductor totius orbis terrarum & accusator fratrum nostrorum hodie iræ magnæ plenus est, cum scit se paulum tempus habere, multò magis tunc, cum prædam nondum esset in manus plenas consecutus, omni nixu contendit urgere decreti divini executionem, præsertim cum ille fuerit unus finis desiderij sui & totius machinationis suæ cum tripudio susceptæ, de communi omnium Diabolorum consensu & congratulatione, uti videbimus:

Quicumq; finem sibi propositum habet illum ut alium certo genere delicti irretitum faciat sibi in pœna socium; Is propter illud ipsum delictum alteri persuasum socium delicti accusare, & executionem similem adversus eundem urgere non cessabit.

Sed Diabolus finem sibi propositum habuit illum, ut primos parentes delicto arboris vitæ irretitos faceret sibi in damnatione æterna socios.

Ergò Diabolus post delictum primis parentibus persuasum propter illud ipsum delictum primos parentes accusavit, & executionem similem adversus eosdem urgere non cessavit.

V. Questio. XXXI. Quintò quæritur, utrum pœna peccaturis primis parentibus in decreto comminatorio proposita, post actum peccati commissi, ad accusationem & instantiam Satanae primis ipsidem parentibus fuerit inflicta. *Et respondetur* cum distinctione, videlicet 1. quod aliquid illius pœnae, & quidem mirissima pars, eaque corporalis versu 16, 17, 18, 19. eisdem fuerit certis de causis inflicta & determinata, 2. quod non modo fuerit reliqua gravissima pars seu mors æterna certo respectu relaxata, sed etiam singularis & maxima divina nova misericordia ipsis promissa, quod pro socijs & pro mancipijs Satanae debeant fieri victores Satanae.

XXXII. Quod æterna pœna fuerit remissa, & quod primi parentes victores Satanae evaserint, concedet utraq; pars, & iccirco probatione operosa non erit opus; cerneretur tamen evidentia hujus rei postea ex seqq. Quod etiam Diabolum vincere debeant hodie pij homines, pater 1. Johan. 2, 13. *Scribo vobis adolescentes, quoniam malum illum vicistis: de modo autem victoriae hujus postea plura sunt dicenda.*

33. *Videa-*

XXXIII. Videatur interim hic Syllogismus:

Quæcunq; comminationis divinæ plena & gravissima pœna a Deo non infligitur prævaricantibus, ea necessario homini relaxata fuit ab ipso Deo.

Sed comminationis divinæ pœnam gravissimam de morte æterna Deus non infligit Evæ & Adamo.

Ergò necessario credendus est eam Evæ & Adamo remississe ipse Deus.

Item ille alter:

Quicumq; pro socio & mancipio Satanæ redditur victor Satanæ, is novam misericordiam divinam pro gravissima pœna infligenda accipit:

At primi parentes post lapsum pro socijs & mancipijs Satanæ, redduntur victores Satanæ.

Ergò primi parentes post lapsum novam misericordiam divinam pro gravissima pœna infligenda acceperunt.

XXXIV. Sextò quaritur, an remissio æternæ pœnæ facta fuerit primis parentibus & eorum posteris citra omnem præcedentem divinam deliberationem, Et Respondetur, quod nequaquam ea facta fuerit citra omnem divinam præcedentem deliberationem. Sicut enim Gen. 1, 26. de creando homine instituitur deliberatio: *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, Et sicuti de Eva condenda iterum nova deliberatio instituitur Gen. 2, 18. *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium*: Ita multò magis de recipiendo homine, & de jure decreti divini comminatorij, ita salvo servando, ne de justiciæ divinæ veritate calumniari aliquid posset Satanæ, & ne posthac nova decreta divina simili prævaricatione transgredi præsumerent posterii cunctorum hominum, locorum, temporum & ordinum, omnino magnam deliberationem divinam antecessisse, nemo negabit.

XXXV. Quin & ejusdem aliqua non obscura prorsus putabuntur vestigia Gen. 8. quando DEUS in hortum venit, utpote de toto negotio illo acturus luculenter, ubi etiam non tantum primo misericorditer tractat primos parentes audiens ipsorum excusationes, deindè demum remittit æternam mortem, & infligit quasdam corporales plagas, ut solent magni principes civitati in-

B 3 teritum

VI. Questio.

Primi parentes in gratiam recepti post magnum Dei consilium.

teritum remittete, interim tamen, ut posthac cautiores cunctos
faciant, vel arma vel certa jura adimere; verum etiam tandem se-
veram adhibet dehorationem, ne amplius praesumant similia
peccata perpetrare, cum ex hjs vix jam sint erepta calamitatibus
extremis.

XXXVI. Descensus in hortum, vocatio ad dicendas ratio-
nes, dictatio quarundam mitiorum poenarum, remissio gravissimae
poenae, attributio vestium, objurgatio paterna, *En Adam quasi unus ex
nobis factus fuit*, ejectio ex Paradiso, custodia angelo data super in-
troitum in Paradiso, & quae alia conjuncta fuere, cuncta & singula
circa sapientissimum Dei consilium accidisse, quis dicere audebit?

XXXVII. *Syllogismus videatur iste:*

Quaecumque comminatio divina ante lapsum Gen. 2, 17. ma-
gno consilio DEI promulgatur, ea post lapsum non nisi gra-
vissimo alio DEI consilio remissa credetur.

Sed comminatio divina de morte aeterna vetitos fructus
vescentibus perferenda non nisi gravissimo consilio DEI fuit
promulgata.

Ergo eadem post lapsum non nisi alio novo gravissimo
consilio DEI fuit remissa.

7. Questio. **XXXVIII.** *Septimo queritur,* Quis sit modus victoriae, ut ex so-
cijijs Daemonum homines evadere poterint victores Satanae? Re-
spondetur. Praelium inter Satanam & hominem, ut & victoria pe-
nes hominem vel ab homine reportata describitur vers. 15. in ca. 3.
Genes. *Inimicitias ponam inter te & inter mulierem.* Hoc enim ora-
culo nequaquam *ἀντιπαρθεῖαν* & odium inter serpentes & homi-
nes, sed longe graviora tractari ex enodatione nativi sensus omni-
bus fiet plus quam criticissimum.

XXXIX. Summatim indicatur, DEUM ex misericordia
erga seductos poenitentes & ex justa vindicta erga Satanam nova
maxima molitum, & in peccatis perpetuis perseveraturum non
tantum ipsum, sed & omnes homines perditurum aliquod consili-
um, & suo decreto suae justitiae satisfactionem invenisse, ex eoq;
inter Satanam & hominem secutura perpetua praelia, & cum pri-
mis Messiae per solutionem pro peccatis hominum promissam, o-
mnia Diaboli machinamenta nova, & omnem spem omnemque
conatum

conatum in nihilum redacturam, id quod ex verbis contextuum
evidenter patet.

XL. Inimicitia enim illa, quo ad rigidam litteram, & littera
seu contextuum sensum tales sunt, ut non possint intercedere ni-
si inter Satanam & hominem, siquidem partes sese mutuo qua-
tiendo & conculeando (ut Hebraea habent) & comminuendo seu
conterendo vincere satagent, quasi duo adversus se mutuo insur-
gentes, & actum praelij exercentes aliquem adversarij, id quod
nunquam tam evidenter inter serpentem & hominem, serpentis
Dominum, quem etiam fugit, fieri solet.

*Vide Con-
cordantias
& Lexicon
Forsteri &
alia.*

In Hebraeo fonte vocabula נָחָשׁ & אָדָם diligenter exami-
nentur. Hoc de serpentibus crebrius in sacris usurpatur, illud non
item, nisi hoc loco, ubi iccirco peculiaris innuitur praelij alicujus
conflictus.

XL I. Sunt item inimicitia illa tanta, ut capitaliores & in-
festiores inque gradu summo superiores inter partes cogitari ne-
queant. Ratio est, quia altera pars alterius cum omnibus suis
perniciem extremam, & interitum ultimum expeditum dabit,
etiam cum proprio quodam suo detrimento. Altera enim pars,
juxta historicum contextum, alterius non caudam, non oculos
petit, non ejusdem aliquam vulnerationem, non mutilationem
quaerit, sed caput petit, & capitis quaerit omnimodam contritio-
nem, quo capite contrito seu perditio ipsam vim omnem adversarij
extinguere necesse est. Altera vero pars plus efficere nequit, ut
alterius cum omni sua posteritate perniciem etiam quaerat,
quam ut saltem laedat ipsius calcaneum, quae est sanabilis vulne-
ratio.

*inter homi-
nem & alias
bestias aequè
intercedunt
antipathia
infesta, sed
non tanta
& tales,
quales h. l.
commemo-
rantur.*

XL II. Quomodo autem inimicitia tanta possunt constitui
dici inter serpentem Physicum & inter hominem? Serpens enim
Physicus & ante lapsum, & in ipso lapsu, & post lapsum nescit &
ignorat, quid fiat, nihil mali vel ante vel post contra hominem.
Dominum suum naturali aliquo vel levissimo motu, affectu & ap-
petitu intentavit, plus mali parentibus primis serpens Physicus ad-
summam ipse ex se non intulit, quam Asina Bileamo, quam Nu-
mer. 22. Angelus Jehovah excusat, ut fateri necesse habeat Bilea-
mus se peccasse.

E con-

XLIII. E contra palam est omnibus, quid serpens antiquus Diabolus sub serpente venatus fuerit, quid machinatus fuerit, Adamo & Evæ, & omni eorum posteritati, omnem nimirum perniciem corporum & animarum temporalem & æternam, dum corripit ipsis verbum & præceptum Domini, sollicitavitq; eos ad diffidentiam & odium erga DEUM ad peccandum, & præcipitavit eos in barathrum *πυρολεθρίας* æternæ.

XLIV. Unicum enim votum fuisse Satanae habere socios damnationis, & præcludere omnia impedimenta, quibus ex datam operatione eximi possent primi parentes, facile quis colliget ex tam operosa sedulitate, quam Satanas adhibet in circumvenendis primis parentibus, ex quibus non virum sed foeminam & eam quidem solitariam aggreditur, sub certiore spe præsentissimæ viæ gloriæ, postea nihil nisi artificiosissimos dolos necit, dum non accusat DEUM aperi mendacij, quo pacto frustraneus fuisset conatus omnis, sed ex Eva saltem interrogando quærit, & sciscitatur, num ipsa verbi Domini sensum recte assecuta fuerit, & hac ipsa astutia rete super Evam expandit. Illicò capitur Eva, quia illicò agra fit Eva mandato Domini & verbis durioribus illud recenset, quasi DEUS etiam prohibuisset *contactum* arboris non tantum *esum* fructus arboris. Tandem postquam in corde Evæ excitavit, ut & in verbis austeritatem erga DEUM, tum demum plenis invehitur velis & victoria potitur.

XLV. Ut post hanc victoriam reportatam Satanas avidissime expectavit, ita sollicitè & peccatum commissum exaggeravit denuò & executionem ut sit & hoc pacto impedimenta executionis differendæ avertere conatus & connixus fuit. Si enim in introductione peccati fuit occupatissimus, multò magis in damnatione totius generis humani postmodum citra omnem exceptionem promovenda totis viribus sudare perrexit. Sine hoc enim ultimo sine tanquam unico desiderio suo & unico scopo enunctarum molitionum & tentationum suarum reliqua omnia ipsius attentata fuissent inania.

XLVI. Dum igitur Satanas in hoc toto est totus & jam erigere & stabilire vult in toto genere humano, & ex toto genere humano damnando augmentum sui coetus seu societatis, in qua regnantam.

Conatus Satanae in decipiendis primis parentibus solertissimus.

Sicut hodie furit Satanas adversus homines ita post lapsum eum primis erga primos parentes, ubi prætextam habebat, Dei comminationem promulgatam.

gnandi partes haberet ipsemet potentior hominibus IBI misericordia divina deceptis, & fugâ penitentiam suam restantibus, primis parentibus succurrit, interq; serpentem Istum, & homines misericordia exceptos, dissidia constituuntur talia, ut juxta textum Historicè contextum propter cladem sibi illatam serpenti Isti infensissimus fiat Homo, & serpentis Istius caput quatiendo perdere præsumat & satagat, & vicissim serpens Iste propter necem sibi ab Homine struendam, Hominis calcaneo insidias struere, & aliquam cladem quatiendo inferre minetur.

Inimicitie sunt constituta inter illos, quorum alter alterè insidiatus fuit.

XLVII. Necessariò ad Hominem & Satanam est redeundum, & exponendæ sunt dissensiones tales, & tam capitales de partibus antea inter sese congressis, & hac divina sententia inter se invicem commissis hoc exitu pugnaturis, quod semen mulieris aliquod ex toto genere humano, loco totius generis humani debeat serpentis antiqui, huc usq; erga primi hominis & ejus posteritatis totius salutem grassari, caput sex regnum affectatum, destruere, licet id non sit futurum citra calcanei proprii læsionem: id quod præter Messiam alius esse nequit.

XLVIII. Tam hæc sunt firma, ut etiam in *Disputatione Albana* anno Domini 1568 mense Martio habita, actione diei sexti, circa finē, N ij b *Franciscus Davidis hæc verba protulerit.* Subinde hortor ecclesiam, ut de DEO, Deiq; operibus semper loquatur juxta ipsius revelatum verbum, & tum Patrem DEUM agnoscat, quando creavit angelos & homines, simul atq; Filium promisit, sicut scriptum est Gen. 3. Dabo tibi semen mulieris, & ero illi in patrem, & ipse erit mihi in Filium, 2. Sam. 7. Petrus explicans primam promissionem, ordiens à Samuele dicit Actor. 3. Nunc misit Deus Filium suum benedicientem vobis, quem disposuerat. *Hæc ille.*

XLIX. Quod in antecedente versu 14, etiam Physicum Serpentem aliqua vindicta excipit, id fit in horrorem & exaggerationem peccati, sicuti bos cornupeta occidens virum aut mulierem lapidari jubetur, & Dominus ejusdem occidi Exodi vigesimo primo, & sicuti occidi jubetur jumentum una cum viro, si inter se coierunt Levitici 20, 15, idque juxta comminationem divinam, quod Deus velit sanguinem requirere etiam de manu cunctarum bestiarum Gen. 9, 5.

○

51. Ob

L. Observatum porro fuit supra disputatione secunda & decima & decima tertia, quod in actu seducta Eva cū gaudio assisteret tota caterva dæmonum & gratulabunda spectaret conflictum inter Evam & unum ex principibus Satanarum institutum. Adfuisse totam catervam Diabolorum & cum gaudio spectasse actum apparet ex eo, quia DEUS non tantummodo bellum indicit serpenti seu ducei & antesignano Diabolo, Evam seducenti, sed etiam implicat totum ejus semen seu totam societatem. Semen autem significare societatem etiam illorum qui non corporali augmentor propagatione, patet Es. 53. 10. de Messia, videbit semen. Et frustra DEUS inimicitias poneret inter totum semen serpentis istius, nisi totus cætus Diabolorum primario ante signano adfuisset.

LI. Semen igitur mulieris, non nisi Messiam esse posse, quis non videret, qui conterere caput serpentis & destruere affectatum dominiū Satanæ super homines videbit non nisi tale esse, quod nō nisi Messia & nulli alij homini cōperat. Messias igitur loco totius generis humani Satanam vincit, & ita imperium super societatem humanam affectatum ei destruit, licet interim in illa pugna in calcaneo experiatur aliquam lesionem.

LII. Quicumque in scripturis proponitur loco generis humani victor Satanæ, ut homines pro sociis & mancipiis Satanæ adversus ipsos grassati & urgentis, ex illius beneficio solo, ex socijs Satanæ, redduntur homines victores Satanæ.

Sed non proponitur in Scripturis alius victor Satanæ post lapsum nisi semen mulieris conterens caput Satanæ.

Ergo nullius alterius beneficio redduntur homines victores Satanæ nisi conterentis caput serpentis juxta Scripturam Gen. 3. 15.

LIII. Quæritur octavo, utrum Messias, omnino non nisi patiēdo, iterum inquam omnino non nisi patiēdo & ita satisfaciendo comminationi divinæ pro genere humano victoriam reportare debeat, & respondetur hoc præter jam dicta adhuc conspici ex sacrificiis, typis mortis Christi illicò à lapsu institutis & usque ad completam Christi mortem duratis, de quibus prolixissime in problematibus sacrificialibus. Et huc pertinent in specie argumenta, quæ ex XII. problematibus sunt confecta disputatione 12. à thesi 70. & sequentibus.

54. Quicq;

LIV. Quicquid 1. in statu innocentiae non fuisset in usu, sed 2. demum jussu divino cepit post lapsum & quidem cum protevan-
gelio de Messia, seu semine mulieris contrituro caput serpentis
& passuro vulnerationem calcanei in illa victoria contritionis
capitis serpentis. 3. & fuit peractum cum inculcatione passionis
Christi futurae, &c. 4. etiam expiavit suo certo modo veritatem.
5. & semper tractatum circa locum in quo passus est Christus.
6. & non nisi ab illo populo debuit tractari, ex cujus linea pro-
diit Christus, 7. & non durare debuit nisi usque ad completam
passionem Christi, illud sine dubio habet singularem respectum
ad mortem Christi: sed Sacrificia pecorum talia fuerunt quod in
his XII. problematibus ad oculum docetur. E. Sacrificia habuere
simul respectum ad mortem Christi.

LV. Quicquid fuit in typo sacrificiali, hoc multo magis fuit in
antitipo.

At in typico sacrificiali pecore ex ordinatione divina fuit
suo modo, vis moriendi loco hominis qui peccaverat atque ita
to satisfacere vice hominis seu pro homine.

Ergo multo magis in antitipi morte fuit vis ex ordinatione
divina moriendi & satisfaciendi vice & loco omnium hominum
& pro omnibus hominibus.

LVI. Nono quaeritur, cur necessaria fuerit Messiae passio, ut efficeret *Quest. Nona.*
homines superiores & victores Satanæ, an non potuerit victori-
am dare DEUS hominibus citra aliquam Messiae passionem & re-
spondetur, necessario voluit DEUS passionem Messiae intervenire
1. ut satisfaceret justitiae & decreto divino, 2. ut sic hominum o-
mnis posteritas à novis peccatis magis sibi caveret, 3. ut sic præscin-
deretur omnis ansa Diabolis vel in minimo calumniandi DEUM
sub quocunque prætextu quasi veritatem decreti sui strictam ser-
vasset.

LVII. Quicquid factum est propter majestatem justitiae divinae
in DEO salvam retinendam & ad conservandam auctoritatem de-
creti divini Gen. 2, 21. illud fuit necessario factum.

At passio Christi facta fuit ad justitiae divinae majestatem &
conservandam & auctoritatem decreti divini Gen. 2, 17.

Ergo passio Christi fuit necessaria.

C 2

LIX, Deci-

*Decima quæ-
stio.*

L V I I. *Decimò queritur, utrum & cum aliqua intercessio* Messiz mittendi seu Filij DEI pro genere humano facta fuerit, & *respondetur* aliter rem sese habere non posse, & eventu comprobatissimam fuisse redditam: ubi tamen initio notandum per intercessionem non significari prostrationem corporis, & supplicationem, sed interpellationem qua alterius patrocinium suscipitur.

L I X. Ergò si tunc in se recepit passionem pro genere humano, quod itidem eventus plus quam comprobatissimum reddidit, tùm suscepit singulare patrocinium generis humani, & interpellavit pro eodem Patrem, & ita curam salutis lapsorum hominum egit, Et hinc est quod appellatur Angelus, & Angelus faciei Jehovæ Gen. 48, 16. Es. 63, 9. Angelus fœderis Malach. 3, 2. Mediator Dei & hominum. 1. Tim. 2, 5. in quo sumus electi ante jacta fundamenta mundi Eph. 1, 4. Atq; si Rom. 8, 34. nunc post victoriam adversus Satanæ gregem, impetratam tamen adhuc, interpellat pro nobis, quanto magis ante victoriam ipsam hoc fecisse credendus erit. Qua in parte minus laboraturi eramus cum adversarijs, nisi æternitatem Filij Dei ipsi negarent: de qua paulò post in his thesibus propter hanc ipsam causam plura.

L I X. Quicumq; salutis alterius rationem & curam tam magnam gerit, ut etiam pro eodem satisfacere promittat, is rectè dicitur pro eodem intercedere vel interpellare.

Sed Messias statim post lapsum tantam curam habet salutis hominum ut pro eisdem satisfacere promiserit.

Ergò Messias post lapsum rectè dicitur pro genere humano intercessisse vel interpellasse.

Questio undecima.

L X. *Undecimò queritur, cur ad tantas res dentur talia responsa,* quæ secundum talem syllabam non extant, in ipsis sacris textibus cum primis capite tertio Geneseos. Et *Respondetur*, etiam in textu nominari Satanam nullo verbulo, de quo tamen nemo etiam puerorum dubitare potest, quod is tragœdiæ illius auctor fuerit. Placuit enim Spiritui sancto totam tragœdiam talibus verbis historicis historicè describere, prout tunc eadem extrinsecus contingere videbatur, & committere pijs judicandi circumstantias, omnes & singulas in honorem Dei & suam utilitatem.

61. Præ-

LXI. Præterea nec adversarij ipsi alios processus ex capit. 3. Geneseos instituere possunt. Socinus enim lib. 1. de servatore cap. 1. fol. 10. & 11. Fateor (inquit) non primos parentes tantum, sed univrsam etiam genus humanum propter peccatum morti, & quidem æternæ obnoxium esse. Verum id non ex aliqua Dei justitia necessario fluxit, sed ex ejus libera voluntate. Quæcirca quemadmodum potuisset DEVS & quidem jure, homines licet peccantes, morti æternæ non mancipare, sic, postquam eos illi morti edicto suo mancipavit, ex illius imperio iterum eximere, & quidem jure, sua sola voluntate potest. Hæc ille.

LXII. Hic quærimus textum expressum & clarum, quò demonstret Socinus, Deum homines peccantes mortis imperio exemisse sola sua voluntate. Ex capite tertio Geneseos clarum verbum non dabit, sed ad consequentias confugere necessum, habebit ex historica relatione S. S. deductas. Quapropter & in nobis eandem Methodum, nullo jure carpere possunt, sed necesse habebunt nostrarum declarationum, & responsionum fundamenta considerare, eorumq; infirmitatem sufficienter indicare, & quomodo cum contextu pugnent declarationes nostræ, nos in conscientia coarguere & convincere: aut quiescere debent.

LXIII. Duodecimò quæritur, utrum non Deus potuerit primos parentes & omnes homines ex mortis imperio eximere & in gratiam recipere, sua sola voluntate citra Mediatoris satisfactionem ullam, Et respondetur, omninò potuisset hoc facere Deus, nisi prius & antea protulisset decretum suum comminatorium. Ut igitur justitiæ suæ prolatae cum tanta majestate tandem plus satis fieret, tum non amplius ex sola voluntate sua illud voluit & potuit facere. Et quod hæc omninò vera sint, inde constat quia sese ita revelavit, quod tunc omninò citra satisfactionem promissam hoc non fecerit: Duodecima
quæstio.

LXIV. Simul etiam voluit ostendere, quantopere irascatur peccatis & quantopere toti generi humano vitanda sint peccata, ut etiam viceversa, quanta sit ipsius erga homines creaturas suas dilectio, quod nec proprio Filio voluit parcere, sed tradidit illum, pro nobis inimicis suis, cum primis ne Diabolus haberet ansam calumniandi sine intermissione Deum, quasi

Questio Deci-
ma Tertia.

tam facilis fuisset antea Severus erga seipsum, sed jam & sui ipsius & suæ justiciæ ac etiam comminatorij decreti ita oblitus fuisset, LXV. Decimo tertio, utrum quæ capite 3. Geneleos huc usque sunt dicta de reparatione & salute totius generis humani, eodem tenore evenerint, hoc est, utrum omnes veteres in semen mulieris sperarint, sicuti nos hodie in Novo Testamento in exhibitio etiam omnem fiduciam repositam habemus. Respondetur, quod res ita sese habeat, confirmat pulcherrimus concentus omnium sacrarum scripturarum. Nam & Gen. 4. 1. Eva existimabat se acquisivisse virum illum Dominum. Vide disput. de Sacrificiis expiantibus, à thesi 143. & disputat. reliqq. de sacrificiis. 2. à thesi 91. Et pater Noë Gen. 5, 29. dicebat, iste consolabitur nos ab opere nostro, & à dolore manuum nostrarum de terra cui maledixit Jehova, Et ad Abraham, Isaac & Jacobum fuit dictum: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et Elaias vidit Messiam patientem in Spiritu Ela. 53: & Angelus passionis Christi tempus prædixit Dan. 9. Plura disput. 4. sacrificiali de his.

LXVI. Jam verò Novi Testamenti Scripturæ docent, Christum venisse ut daret vitam suam *λύτρον* pro multis Matth. 20, 28. & multa paucis complectendo ipse Christus Luc. 24, 43. 44. post resurrectionem discipulis dicit: *Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quod oporteret impleri omnia quæ scripta sunt in LEGE MOSI & Prophetis & Psalmis de me. Tuncq; aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas, Et dixit eis, sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati & resurgere à mortuis tertia die.*

LXVII. Plurima alia omittimus pueris nostris notissima. Paulus enim vocat Christum spem Israelis Act. 26, 6. 7. ad quam duodecim tribus nocte & die perpetuò colentes sperent se perventuras. Et eodem capite versu 22. docet, se nihil quicquam dicere extra ea, quæ Prophetæ & Moses prædixerunt futura esse, quod Christus esset passurus, ac primus ex Resurrectione mortuorum, lucem annunciaturus huic populo & gentibus. Alia cognata plurima in problematibus sacrificialibus fuere adducta.

LXVIII. Ap-

LXVII. Appositissime igitur Apostolus ad Hebræos cap. 4. inquit (post multa capite tertio præmissa) Etenim nobis Evangelizatum est, sicut & ipsis. Et Act. 15. 10, 11. Quid tentaris DEUM ut imponat jugum, super cervicem discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus, sed per gratiam Domini nostri JESU Christi credimus nos servatum iri, quemadmodum & illi; (ubi patres veteres Judæorum tunc viventium & Judæi tunc vivi, dicuntur æquè servari per gratiam Domini nostri JESU Christi, sicut & discipuli recentes Antiocheni. Si igitur queritur, an non operibus fuerint salvati veteres, sed nos in Novo Testamento fiducia in Christum, Tum respondetur, utrique Salvantur sola fiducia in semen mulieris, at interim utrisquè & illis & nobis studium bonorum operum commendatur strictissimè. Qua de re alibi latius.

Galat. 3, 8.

Questio alia.

LXIX. Decimoquartò queritur, cur de fide Patriarcharum, in promissam Messiam tanta brevitate scribat Moses capitibus Geneseos prioribus undecim, & respondetur, quod propositum sibi habuerit Moses in Exitu ex Ægypto statim properare ad historiam Abrahami, Isaaci & Jacobi, quibus DEUS terram benedictam promiserat. Ut igitur Israelitas posteros Abrahami ad eandem terram occupandam magis animet, prolixius recensere voluit istorum trium tam mirabiliter in exiliis contra Chananeos servatorum historiam: contentus reliquorum salutem nominatione.

Questio Decima Quarta.

LXX. Decimoquintò queritur an non in novo Testamento reperatur eadem Protevangelij sententia, Et respondetur quod reperatur 1. Johan. 3. 8. In hoc apparuit Filius DEI, ut destruat opera Diaboli, quin & Apocak. 12, 9. nominatur qui sub serpente hoc loco grassatur Draco ille magnus, serpens ille antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanus, qui seducit totum terrarum orbem: item eandem promissionem repeti fatetur Franciscus Davidis Act. 3, 25. ut paulò antea verba ejus posita, testantur.

Questio Decima Quinta.

LXXI. Decimosextò queritur, an ante nativitatem Christi eodem sensu Israelitæ intellexerint protevangelium.

istud

istud, & respondetur affirmatè, ducta ratione ex Thargum Onkelos, ubi hoc modo legitur, inimicitiam ponam inter te & mulierem, & inter
Ipsè observabit Filium tuum, & inter filium ejus, ipse observabit tibi (quod fecisti ei) à
TV observabis. principio. & tu observabis ei in fine. Quantæ verò auctoritatis sit
Thargum, Jonathan & Onkelos, legatur apud Galatinum lib.
1, cap. 3. de arcanis.

Decima septima LXXII. Decimo septimò quæritur, qua conditione facta fuerit
questio. remissio pœnæ æternæ primis parentibus & omnibus eorundem posteris: Et Respondetur, Factam esse omnibus eandem novam misericordiam Dei in promisso Messia tum oblatam ut & remissionem peccatorum grato animo amplexuris & Dei mandata servaturis. Qui non credunt, super eos in æternum manet hæc ipsa comminatio divina, manet ira Dei, sicut Joh. 3, 36. loquitur Scriptura; *Qui incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum*: Si enim ante lapsum pia vita à primis parentibus requirebatur, quantò magis post remissum tantum facinus ab ipsis postulavit Deus, ne similibus post hac peccatis implicarentur, sed quæ mandasset aut mandaturus esset, strictè servarent.

LXXIII. Quæcunq; comminatio divina remittitur, ea non remittitur nisi illis, qui tantam gratiam agnoscunt, & debito modo accipiunt.

Sed comminatio divina Gen. 2, 17. fuit remissa, & nova gratia promissa cum R. P.

Ergò non nisi illis qui eam agnoscunt, & debito modo excipiunt, remittitur peccatum & gratia promittitur.

An Messias etiam in statu Et hæc de nostrarum Ecclesiarum doctrina, quod Messias
innocentiæ de- non fuisset mittendus, si homo lapsus non fuisset.

buisse venire. LXXIV. De Messia mittendo in mundū juxta Photiniano-
rum sententiam etiam in statu innocentie & effusuro sanguine-
IAM, quia ubi nem suum ad confirmandum foedus, quod Deus nobiscum per
nam antea li- ipsum iniit, non extant tam fluentia, convenientia & multa
bris publicis su- testimonia, sed omnia torta, contorta, detorta.

is editis Photi- LXXV. Paucis tantum ostendamus adversariorum doctri-
niani hanc hy- nam de Messia. Scire jam debebat (inquit Smalcius cont. disput. 4.
pothesin tam de Justificatione fol. 124.) Messiam prædestinatum fuisse ante mundi
aperte promul-
garunt. con-

constitutionem, & etiam si nemo hominum anquam peccasset tamen mit- IAM, quia u-
tendum fuisse, non ut damnum utique illatum sarciret, sed ut hominem, binam antea
quem DEVS à terra mortalem creare constituerat, ad perfectionem libris publicis
ad quam DEVS in suo consilio tendebat. hoc est, ad immortalitatem perdu- suis editis
ceret. Non enim omnia simul & semel homini danda erant, sed successive, Photiniani
ut tanto major DEI benignitas in salutis nostrae negotio appareret. Sed præ- hanc hypothe-
tere a necesse non est, omnium DEI actionum rationem dari posse. Nam si tam aper-
qui hoc statuit de DEO, eum ipsius iudicia & vias esse impervestigabiles, ne- te promulga-
gare oportebit. Hæc Smalcus. runt.

LXXVI. Sed hæc assertio nec in primo, nec in secundo capite Resutatio
Geneseos, quod utrumque de statu innocentiae agit, ullum potest præcedentis
reperire fundamentum, vel quoad consequentiam. disputationis

LXXVII. Ad marginem Smalcus ascribit locum 1. Pet. 1, 20. ubi Chri- Smalcij.

stus dicitur præordinatus ante jacta fundamenta mundi, sed quid
hoc ad thema de Messia venturo in statu innocentiae. Nam præce-
dit versu proximo, nos esse redemptos præcioso sanguine agni imma-
culati & in contaminati Christi (& additur) præordinati ante jacta
fundamēta mundi. Sed quia Christus in statu innocentiae nō fuis-
set futurus agnus, tum hinc plus Petrus pro nobis quam pro adver-
sariis valet. Præordinati enim agni Christi etiam in statu inno-
centiae mittendi, ne umbra ibidem apparet.

LXXVIII. Vias Domini investigabiles novimus in illis, de qui-
bus & similibus Rom. 11, 33. agitur, sed interim hypothesis Soci-
ni de Messia mittendo in statu innocentiae non debet annumera-
ri occultis DEI vijs, priusquam alijs modis ab ipso probeatur ipsa
quoque esse impervestigabilis via DEI. Et si est simpliciter im-
pervestigabilis illa via Domini, unde innotuit Smalcio.

LXXIX. Rectissime illa verba de impervestigabili via Domini
exciderunt Smalcio, siquidem testimonium sacrum quod pro illa
hypothesi stabilienda ad marginem adducit, nequaquam hoc cō-
cludere valet, quod DEVS missurus fuisset Messiam, etiam si nul-
lus unquam homo peccasset. Petimus enim talia testimonia,
quæ loquuntur tantum de statu ante lapsum. Quod verò profert
Smalcus, illud complectitur in se statum corruptionis, sicut in
testimonio Petri jam vidimus.

LXXX. Deinde videntur hoc thema suum velle elicere ex alia
D hypothesi,

hypothesi, quod nimirum, homo in statu innocentiae tamen fu-
isset futurus mortalis & iccirco ut eum perfectum & immortalem
redderet DEUS, opus fuisse etiam in statu innocentiae Messia, per
quem immortalitas homini tandem contingeret, & communi-
cicaretur.

LXXXI. Sic enim Smalcus contra disput. XII. de causis peccatorum fol. 429.
Esto: probari non posse testimoniis sacrarum literarum, decretum
DEI fuisse de mittendo Messia, etiam si primi parentes non peccas-
sent, num propterea falsum est, quod ait Socinus de praecognito
Christo, nempe id eo respectu factum esse, quod venire in mun-
dum debuerit necessario ad servandum homines: *morti autem et-
iam destinatum fuisse sub conditione, si homines peccarent: Late-
bras igitur quarit, & terminos quos vocant, mutat Franzius.*
Deinde vero iniquum postulat Franzius a nobis. Non enim ne-
cesse est ex dicto Scripturae probari, eo modo, quo verba sua pro-
cul dubio intelligit Franzius, omnia quae dicuntur in negotio re-
ligionis: sed satis est, ea ex scripturis deduci posse si non sunt ex rebus
ad salutem necessariis. Ea n. ex dicto Scripturae probari solent & de-
bet, quae ad salutem prorsus sunt necessaria. Ex qua igitur dicit Fran-
zium, consequentia probatis, Christum venturum fuisse, etiam si primi
parentes non peccassent? Ex eo ajo, quod Christus venturus erat ad
servandum in aeternum homines. Hoc enim ipsum nomen Serva-
toris, quod Christo proprium quodammodo effectum est, satis su-
perque indicat & illud, Elegit nos DEUS in Christo ad adoptio-
nem ut hac de re luculenter testatur Paulus. Tam vero homines
Servatore eguisse si non peccassent quam si peccassent, inde con-
stat, quod omnes ex terra facti erant, ideoque in terram natura sua
reversi fuissent, nisi Deus eos per Christum servare decrevisset.
Hoc vero ita sese habere, supra suo loco demonstrandum est. *Hac
ille omnia.*

Ergo Messie
cognitio vetē-
ribus non fuit
necessaria?

LXXXII. Ad hanc novam autem hypothesein fulciendum utitur
textu duplici. 1. Cor. 15, 22. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in
Christo omnes vivificabuntur, deinde ibid. vers. 45. factus est primus A-
dam in animam viventem, novissimus Adam in Spiritum vivificantem.*

LXXXIII. Verum enim vero, quomodo in Adam omnes mo-
riantur, seipsum explicavit Apostolus Rom. 5, 12. *per unum homi-
nem*

nem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors. 14. Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in illos qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adæ. 15. Unius delicto multi mortui sunt, 17. Unius delicto mors regnavit per unum, & aliquoties adhuc ibidem. Quo jure igitur possunt illa verba adaptari Adamo adhuc statu innocentiae servanti.

LXXXIII. Quod ad alterum locum attinet 1. Cor. 15, 45. in eo nullum stabile subterfugium invenient adversarij. Ita enim ille est exponendus, ne pugnet cum alijs expressissimis textib9, qui peccatum ab Adamo, & cum peccato mortem in mundum intrasse dicunt. Quapropter sermo est ibi de corpore animali & spirituali: de corpore inquam animali, quod accepit homo in creatione, sicut rectè textus ex Genesi allegatur, sed quod jam propter peccatum etiam factum est corruptioni obnoxium, ignominiosum, infirmum, sed per Christum, (de quo ibi in Genesi ne verbum extat) fiet incorruptum, gloriosum, potens, spirituale. Confirmatur hoc per antecedentia; *DEVS dat unicuique seminum corpus ut voluit, dedit unicuiq; Stellæ suum splendorem, unicuiquè animali suam carnem*, ita quoque resurrectio dabit aliud corpus per Christum vel Christus per resurrectionem, quam nunc habet homo à primo parente corruptioni ob peccatum exposito in se derivatum. Confirmatur hoc per consequentia, *Christus per resurrectionem dabit aliud corpus, quam nunc habemus ab Adamo, quia caro & sanguis nisi mutantur non possunt accipere hæreditatem regni DEI.*

LXXXIV. Argumenta quæ Socinus pro mortalitate Adami etiam in statu innocentiae futura (tanquam hypothesi ex qua concludi posse potat, Christum etiam venturum in statu innocentiae) producit, diluimus disputatione super 17. articulum Augustanae confessionis. Num solida sint quæ contradicere conatus fuit Smalcus, suo loco dicetur, interim verò omnium aliorum judicio committitur.

LXXXV. Sed quid interea temporis? etiam si obtinerent adversarij, (quod tantum ex hypothesi ad tempus indulgere placet) clarò textu homines in statu innocentiae fuisse futuros mortales, quid hoc ad illam hypothesin, quod Messias fuisset mittendus hoc fine, ut mortalibus creatis hominibus, ac in statu innocentiae permanentibus, *Ad hanc questionem nõ nisi ex perspicuo & claro textu petimus responsum: Argumentatio per immor consequentiã*

ab adversario immortalitatem tandem communicaret. Hic petimus de hac instituta à ne hypothesi clarissimum verbum Domini, quod DEUS talem Mefmine nostrum siam promiserit, & quod non ipse DEUS mortuos tandem suscipere potest recipi. Id sine dubio sensit adversarius & clarè satis significat Smalcus, unde dicit non necesse esse, omnium DEI actionum rationem reddere.

LXXXVI. Donec igitur tale verbum Domini Smalcus dederit interim nos jure merito defendimus & tenemus nostrarum Ecclesiarum confessionem, Christum non fuisse mittendum in hunc mundum, nisi in statu corruptionis, ut daret animam suam *λύτρον* pro multis, nisi ut moreretur pro peccatis nostris, in quam sententiam extant valde multa sacrarum literarum testimonia, at pro sententia adversariorum ne unum, quod nimirum *Ἀγγέρον* separaret statum innocentiae à statu post lapsum secuto, & de statu innocentiae testaretur, in illo quoque fuisse mittendum Mefiam.

De intercessio-
ne Filij DEI
pro lapsis pri-
mis parentib9.

Object. Smal-
cij Filius DEI
non fuit tem-
pore lapsus in
rerum natu-
ra, Ergo non
intercessit pro
lapso genere
humano.

Responsio ad
precedentem
objectionem
Smalcij.

SINCHPLOS TOMMI

LXXXVII. Quod autem inter alia Smalcium vehementer offendit, quando dicimus Filium DEI in paradiso pro lapso genere humano intercessisse, & Evangelium ab ipso statim post paradysum esse prolatum, de eodem quoque paucis ad ejusdem instantias est respondendum. Sic igitur scribit contra disput. 4. de justificatione fol. 94: *Miramur homines in tanta Evangelij luce, tam graviter caligare, & caecutire, ut diversum sentire pergant. Quid enim notius gratiam pro gratia nobis datam esse, ita ut lex per Moysen data sit, gratia vero & veritas per Iesum Christum facta, id est, si gratia & veritas per Christum facta est, Christus vero, antequam nasceretur, reipsa non fuit, quomodo gratia & veritas, quae est ipsum Evangelium, antea esse potuit? Necesse est autem, hoc in loco bene observare, quid per vocem Evangelij intelligamus, Evangelium igitur est istud bonum nuncium salutis aeternae & immortalitatis. Hæc ille.*

LXXXVIII. Pro existentia Filij DEI ante suam ex matre nativitatem protulimus quinque disputationes, ad quarum priores duas respondit Smalcus in libro suo superius nominato. Posteriores tres factae sunt accuratiores & prolixiores, ita ut priores à posterioribus plurimum illustrentur & confirmentur, & in posteribus breviter simul responderetur ad omnes objectiones contra aeternam divinitatem

tatem Filij DEI, quorquor in Catechismo Smalciano reperiuntur. Posteriores tres de divinitate Filij DEI æterna & de personalitate Spiritus Sancti adjectæ sunt tertio libello in quo explicantur Augustinæ confessionis Postremi septem *abusuum* articuli. Fit mentio eorum articulorum *abusuum* libro secundo in thesibus illis, in quibus solvuntur argumenta Socini pro mortalitate primi hominis in statu innocentia, thesi 38. & 91.

LXXXIX. Inter alia oraculum Christi Johann. 8. 58. *Antequam Abraham fieret, ego sum*, pro nobis plurimum facere ostendimus. Ipse e contrario oraculum illud nihil pro nobis facere, maximo-pere contendit. Et ut sui voti semetipsum compotem reddere queat, versionem illam usitaram carpit, falsamquæ esse causatur, & vice versa hoc pacto locum convertendum esse disputat, *Amen dico vobis, priusquam Abraham fiat, ego sum*, Rationem hujus versionis affert triplicem, i. Quia alias JESUS Christus illud respondisset, quod Judæi intendebant, quod tamen ad rem nihil pertinuisset.

XC. Verba Smalcij sunt, *calumniatores secutus id dixisset, quod ad negotium nihil planè fecisset.* Mentiebantur enim Judæi, cum dicerent D. JESUM vidisse Abrahamum. Hæc ille. Et paulo antè: *Nec enim Christus verba sua ad secula præterita referri volebat, sed ad præsentiam spectabat, QUIBUS, ut Petrus ait Act. 4. 12. Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos servari, præter nomen JESU.* Hæc iste.

XCI. Audiantur ejusdem plura verba super locum, *Abraham exultavit ut videret diem meum: Abrahamum exultasse ut videret diem Domini, & eum vidisse & gavisum esse, si verba ita ut vulgo fit, legantur, Christi auctoritate & rei verisimilitudine & sensu generali potius nitentur, quam aliquo argumento vel testimonio.* Nihil enim tale expressè usquam de Abrahamo legitur, quare credimus hæc verba ita etiam posse converti, *Abrahamus pater vester exultasset ut videret diem meum, & si vidisset, gavisus fuisset, ut sensus sit, quod tantopere & toties jactatis patrem vestrum Abrahamum, id imprimis vos refutare & pudescere posset, si non omnem pudorem prostituissetis.* Nec enim talis esset Abrahamus si nunc viveret, quales vos estis.

D 3

XCI. Et ret diem ejus. secund. Smalc.

De dicto Joh. 8.

58. Antequam

Abraham fie-

ret, ego sum.

1.

Smalcus

Christum ca-

lumniosè facit

respondisse, si

respondit, se

fuisse ante A-

brahimum.

Non est nomē

aliud sub cælo

datum homi-

nibus (scilicet

Nov. Test. ju-

xta Smalci-

um) &c.

Christus nõ ex

aliquo testimo-

nio vel argu-

mento sed ge-

nerali sensu

&c. dixit, A-

brahimū exul-

tasse ut vide-

ret diem ejus.

secund. Smalc.

Expende hac
verba Smalcij
lector atten-
tius.

Christus se-
cundum Smal-
cium solitus
fuit sermone
INTRICARE
homines.

Ecce Lector.

XCII. Et paulò post: Hunc (postremum) sensum verborum Iohannis ad rem accommodatiorem esse, nemo diffitebitur, qui paulò altius rem expendit. Hoc enim Christus jure dicere poterat, etiamsi nullum de eo testimonium extaret: ut illud non ita rectè, præsertim apud eos, apud quos nulla tunc erat Christi autoritas, quique facillimè occasionem inde arripere poterant, Christum tanquam falsa de Abrahamo dicentem mendacij arguendi. QUANQUAM nihil iterum dubitandum est, Christum ita locutum fuisse studio, ut & HOC & ILLO MODO verba ipsius intelligi possent, ut homines imò & bi, verba non considerantes, haberent, quod speciose carperent. Hic enim mos fuit homines improbos suis sermonibus quasi INTRICARE.

XCIII. Et ulterius: Ad hanc tam insignem Christi orationem, quid tandem responderunt Iudæi, Hoc, quinquaginta annos nondum habes & Abrahamum vidisti. Quid hic Candoris, quid rationis? Dixerat ne Christus, se Abrahamum vidisse, vel aliquid tale, unde id jure colligi posset? Nihil minus diversa sunt quod Abrahamus Christum viderit, (quanquam ne hoc quidem Christus dixerat) Et quod Christus Abrahamum viderit. Poterat enim Abrahamus Christum vel diem Christi videre in Spiritu, quod Prophetarum, qualis etiam appellatur Abraham, est proprium. & tamen Christus non tantum poterat Abrahamum non videre, sed etiam poterat Christus nondum existere. Quo ita demonstrato, non opus est, Christum ita introducere loquentem, quasi cum insanis & perditis contendere Verbis & certare velit. Quod ò faciunt, qui verba Christi sequentia ita accipiunt, ac si dixisset. Quin imò Abrahamum vidi. Nam priusquam fieret, vel nasceretur, ego fui. Hoc enim est Christum Iudæorum similem, id est, nihil respondentem facere: Sed omninò statuendum est, Christum quia videbat, eos esse deploratos, & omnia in pessimam partem rapere, adeoque Christum in verbis irretire velle, aliò orationem suam convertisse, & loco DIRECTÆ responsionis, cui jam locus nullus erat, id dixisse: quo instans exitium illis denunciaret, nisi serio resipiscerent, id autem his verbis inclusit, Amen amen dico vobis, priusquam Abraham fiat, ego sum. Quæ verba nullo modo eum sensum ferunt, ego fui antequam Abraham nasceretur. Hæc ille.

XCIV. Et pergit. Quis itidem non videt, futilissimam esse illam conjecturam, quia DEVS essentia suæ eternitatem descripturus dixerit, ego sum qui sum, hinc consequi eum qui de se dicit, Ego sum, hac ratione eternitatem suam

rem suam indicare, cum in promptu sit alia causa nempe 1. Christum his ver-
bis docere voluisse, se esse lucem mundi, id quod ex eodem capite unicuique
constare potest. Sic enim supra versu 12, ceperat de se dicere, ego sum lux
mundi &c. Hoc cum impugnarent Iudaei ait Dominus versu 24. Si non cre-
dideritis, quod ego sum, scilicet lux mundi, moriemini in peccatis vestris, &
iterum versu 28. Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc agnoscetis, quod e-
go sum. Quia igitur ellipsi Christus usus est in eodem capite antea bis, ea-
dem etiam illum tertio usum fuisse, sub finem huius colloquij, dici posse, quis
sancti mentis dubitet. Certum igitur esto, Christum non id dixisse, quod eum
dicentem faciunt Trinitarij omnes, sed quia argumentis & directis respon-
sionibus nihil profici videbat, ARGUTE Iudaeis minatum esse, DEVM
gratiam suam, quam tunc illis offerebat, ab eis ablatum & ad alias gentes
translatum, quod est Abrahamum futurum, nisi crederent tempestive id
ad quod eos antea hortatus fuerat, nempe se esse lucem mundi & Servato-
rem ipsorum. Haec omnia ille innuens tunc ex Abram patre genti-
um debere fieri Abrahami patrem multarum gentium, quando
post ascensionem Christi gentes ad Christum convertentur.

XCV. Alteram causam pro sua interpretatione affert Smalcus
illam, quod vox graeca, quae per Fieret ab aliis cōversa est, per FIAT
converti possit, & debeat, ob hanc causam; quia αὐτοῦ semper
sequuntur tempus eorum verborum, quibuscum junguntur. Quia vero hic
cum verbis praesentis temporis conjuncta est vox γένεσις (praecedat enim λέ-
γω & sequitur eius) hinc concluditur, non per praeteritum sed praesens quod
ad futurum respicit, convertendam eam esse. Quod in locis similibus ab o-
mnibus interpretibus observatum est. Ioh. an. 13. 19. & 14. 29. Tum vox
γένεσις non necessario significat nativitatem, sed tantum factionem ut sic
loquar. Tam autem id fieri dicitur, quod rei jam existenti accidit vel in
ea secundum praedictionem impletur, quam id quod nascitur. Haec iterum
ille.

XCVI. Tertiam causam affert his verbis, Denique si de nativitate A-
brahami sermo esset, dicendum omnino fuisset, Amen dico vobis priusquam
Abraham fieret, ego fui. Hanc solecismum quidam excusare volentes dicunt
Christum ita maluisse loqui, ut suam aeternitatem tacite indicaret quae sci-
licet his verbis, Ego sum, ab ipso DEO etiam in Exodo indicata fuerit. Sed
primum falsum est, DEVM ita de se dixisse. Omnes enim jam sciunt DEVM
dixisse, Ego qui ero, dicet, misit me, & jam etiam Trinitarij nonnulli docue-
runt, ret, ego fui.

2.
Christus aori-
sto usus non
intellexit pra-
teritum Abra-
hami tempus,
sed futurum
Abrahami
tempus.

3.
Christus secu-
dum Smalcum
dicere debuis-
set antequam
Abraham fie-
ret, ego fui.

vunt, his verbis, non essentiam DEI sed immutabilitatem voluntatis ejus significari, qui quod semel promiserit perpetuo præstet. Hæc ille.

XCVII. Ad has igitur objectiones respondendum nobis est, & ante omnia necessum est, ut in versione conveniamus aut discrepantiæ causas sufficientes proferamus.

Smalcij de aoristo dicto
πεῖν A-
βραμ γα-
νέας.

XCVIII. Regulam de aoristis utrum per omnes auctores græcos Catholica audire queat, judicandum merito relinquatur linguæ istius peritis. Et unum tantum modo movetur, si est Catholica, tum non esse potest aliter Catholica nisi in iis, quorum natura patitur sese subjici regulis Grammaticis. Excipienda enim necessario erunt illa, quorum natura his regulis sese constringi non permittet.

XCIX. Exempli gratia in Psalmo græco nonagesimo, πρὸ τῆς ὄρη γενηθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οὐρανὸν μένην, καὶ διὰ τῶν αἰῶν & καὶ ἕως τῶν αἰῶν & σὺ εἶ. Antequam fierent montes, & formaretur terra & orbis à seculo in seculum tu es. Neque prætendat aliquis, esse hic rem clariorem propter additas particulas αἰῶν & αἰωνος. Nam & hæc vocabula æternitatem indeterminatam non significant, & res eodem redit, etiamsi omissa fuerint hæc vocabula. DEUS igitur non patitur sese propter æternitatem suam isti regulæ includi. Locus autem hic Johan. 8. 58. erit controversus, utrum ad ordinaria, an extraordinaria exempla pertineat.

C. Sed & expendatur illud Matth. 1. 18. μνηστῆρος εἰσης τῆς μητρὸς αὐτῆς μαρίας τῷ Ἰωσήφ πεῖν ἠσυνελθεῖν αὐτῆς ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. Hic sequitur præteritum, neque tamen Aoristus de præterito potest intelligi, συνελθεῖν, siquidem ut ante *convenire* fuerunt desponsati, ita ante *convenire*, deprehensa fuit gravida, & ita *convenire* pertinet ad tempus præsens.

CI. Si dixerint Adversarij resolvenda esse illa verba in hunc modum, deprehensam fuisse Mariam gravidam, antequam convenissent, respondemus & petimus, ut nobis idem per ipsos liceat, ego dico tibi, priusquam Abraham sit vel esse incipit ego sum, ubi adhuc restat questio, quando Abraham factus fuerit vel esse inceperit. Immo tertium exemplum Smalcij est contra Smalcium Johan. 14. 29. Dixi priusquam futurum est: præcedit præteritum & futurum subintelligitur.

CII. Inter

CII. Inter alia inquit Smalcus, si de nativitate sermo esset, Responsio ad dicendum fuisset priusquam Abraham fieret, ego fui. Et ecce Syria- alteram obje- ca versio hunc locum ita producit: Amen, amen dico ego vobis, quod tionem Smal- nondum FUIT ABRAHAM, ego eram. In versu 12. & 28. ita cij de dicto, An- habet: Ego sum lux mundi, item, quod ego sum. Cum hac concor- tequam Abra- dat ad primum intuitum Græca versio ἀμὼ, ἀμὼ λέγω ὑμῖν ham fieret. πρὶν Ἀβραάμ γενέσθαι ἐγὼ εἰμι. Itaque cum tam ex verbis quam ex contextuum sensu veritas debeat investigari, illud aggrediamur ipsum.

CIII. Si hæc est sententia verborum Christi (inquit adversarius,) tùm Responsio item Christus secutus calumniatores, dixit id quod ad rem nihil facit, immo cum ad novam an- insanis & perditis Iudæis contendere verbis voluit, & nihil respondit. Quid tea datam ob- ad hæc regeremus nos? utique iudicium committimus cuius jectioem plebejo, ut & erudito lectori, quod hæc nec sit refutatio nostræ Smalcij de di- sententiæ, nec probatio sententiæ adversariorum, quin potius Eto Antequam Abraham fie- probatio nostræ doctrinæ tacita.

CIV. Nequaquam autem pij homines permittent de Chri- sto dici, quod unquam voluerit irretire vel intricare, vel indirectè docere homines: quin potius semper ad quæsitæ respondit ap- pertissime, & rationem habuit non tantum illius ætatis, sed & totius posteritatis usque ad ultimum diem. Parabolis usus fuit, sed & illas tam illustravit egregie, ut vel à belluini intel- lectus hominibus intelligi possent. Si ergo Christus non fuit secutus calumniatores, si dixit quod ad rem pertinet, si non voluit verbis certare cum insanis, si aptè respondit, tùm verba illa retinent necessario antiquam sententiam Ecclesijs nostris usitatam.

CV. Non potest igitur stare sententia adversariorum de ex- plicatione hujus oraculi Christi, propter has causas & ratio- nes sequentes. 1. Quia regula de Aoristis non potest accommo- dari ad extraordinaria exempla, quale datum est unum. 2. Quia Cur retinenda sit usitata ver- sio loci, Antequam A- braham fieret, ego sum. regula illa tamen non est Catholica in ordinarijs exemplis sic- ut patet ex exemplo Matth. 1. 18. 3. Quia Syriaca versio pror- sus pugnat cum hac sententia adversariorum, quemadmodum monstratū fuit. 4. Quia accusandus esset Christus, quod non ad rem respondisset. 5. Quia non demum post suam ascensio-

E

nem

nem ex Abram factus est Abraham, sed longe ante Mosen, ipsis temporibus vitæ suæ. 6. quia concedimus quidem Johan. 8. ex versu 12. repetendum esse vocabulum LUX MUNDI, in versu postea sequente 28. Cum exaltaveritis Filium hominis, cognoscetis quod ego sum scilicet LUX MUNDI, ut & 24. nisi credideritis quod ego sum (LUX MUNDI) moriemini in peccatis vestris. Ideò autem repetendum est $\delta\pi\omega\ \lambda\omicron\upsilon\gamma$ hoc vocabulum, quia à versu 12. usq; ad 30 continua est collocutio de eadem materia.

Non semper (Lux mundi) sub (Ego sum) subintelligitur.

CVI. Postea verò mutantur quæstiones 1. an non dæmonium habes. 2. an non Abraham mortuus est. 3. an videristi Abraham. Ad has singulas extricatissimè & directissimè respondet Christus. Nequè Johan. 13, 19. subintelligi potest lux mundi, præcedunt enim hæc verba sciebat quis proditurus esset eum, & dicebat, non de omnibus vobis loquor, ego scio, quos elegerim, sed ut impleatur scriptura, qui edidit mecum panem, sustulit adversum me nunc calcem suam, nunc dico vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis quod ego sum, (nimirum qui præscivi talia, & sum omni-scius vel sciens futura.)

CVII. Similiter Johan. 14, 29. Nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis (nimirum quod ego abeam, ad Patrem, id quod ex missione Spiritus sancti, tandem intellexerunt) Act. 1, 4. denunciavit eis, ne abscederent Jerosolymis, sed ut expectarent promissionem Patris quam inquit audiveritis à me, & versu 7. de tempore promissionis Patris interrogantibus respondet, non est vestrum nosse tempora aut oportunitates, quas Pater in sua ipsius posuit potestate, sed accipietis virtutem Spiritus sancti, postquam supervenerit in vos & eritis mihi testes, &c.

Ex Abram factus est Abraham QVANDO.

CVIII. Sed quod ad quintam rationem spectat, iterum amanter monemus, ut adversarij hoc expendant, quod ex Abram non sit factus Abraham, demum post ascensionem Christi in cælos, sed longe ante Mosen ipsis suis temporibus. Fieri ABRAHAMUM significat fieri patrem omnium credentium in præputio, & deinde circumcisorum Judæorum. 4, 11. 12. & addit epistola ad Roman. quod factus fuerit pater credentium quando accepit signum circumcisionis quod obsignaret. ju.

justitiam fidei: quam justitiam fidei habuit in præputio.

CIX. Audiantur clara verba Apostoli: *Dicimus quia reputata est Abrahæ fides ad justitiam. Quomodo ergo reputari potest? in circumcissione, an in præputio, Non in circumcissione, sed in PRÆPUTIO, & signum accepit circumcissionis, signaculum justitiæ FIDEI, quæ est in PRÆPUTIO eis τὸ εἶδος ad essendum (ut ita loquar) patrem omnium credentium IN PRÆPUTIO & patrem circumcisorum, &c.* Ad essendum in presenti tempore, (non in futuro, ut fieret suo tempore pater credentium, ex Abram Abraham nimirum post ascensionem suam, id quod contendunt nostri adversarij.)

CX. Deinde si demum temporibus ascensionem Christi consecutus debuit fieri ex Abram Abrahamus, tum vocabulum nominis proprij Abram retinere debuit usquè ad eadem tempora, & sic tota res & historia toti mundo constitisset clarissima. At illico nomen antiquum Abram (pater excelsus) mutat Scriptura in Abraham (pater multitudinis) statim in circumcissione Genes. 17. versu 5. ita ut ab eo tempore ne semel amplius in Biblijs reperiatur. Et hanc historiam recenset Apostolus ad Romanos, quemadmodum jam fuit indicatum, quod in præputio crediderit, postea signum acceperit *eis τὸ εἶδος πατέρων πάντων πιστευόντων.*

CXI. Hoc quintum argumentum Adversarijs nostris in thesibus primis fuit inculeatum, audiamus verò, quid ad illud respondeat Smalcus: & audiamus accuratè, & bis vel ter relegendo repetamus illud ipsum; Sic igitur ille habet contra disputation. 1. de Trinitate fol. 29. *Quid in eo inest erroris, si dicitur Abrahamum accepisse signum circumcissionis, signaculum justitiæ fidei, quæ in præputio, ut TUNC in PRÆDE-
STINATIONE & in ALIQUIBUS MINIMIS respondeat ad
PRINCIPIS, post seros autem annos hoc est Christi demum tempore explicationem
re ipsa esset pater omnium credentium? cum res ipsa id loquatur & testetur, do-
Trina de A-
Rari enim prorsus extranei ad DEVM conversi sunt ante Christi tempora. bramo factio
Et ijs qui ad DEVM tunc temporis convertebantur, non constat hoc idè in Abrahamis
con- jam olim.*

contigisse QUOD DEUS ita PROCURARET, sed alijs de causis, & INTERDUM PARUM DEO ACCEPTIS, quòd scilicet Iudæi studio vane gloriæ aliquem profelytum facere anniterentur, quod Phariseis etiam Dominus objicit. Christo verò exaltato omnibus extraneis ab ipso Deo data fuit occasio in Deum credendi, & divina beneficia participandi. Hæc ille.

*Abram factus
est Abraham
suo seculo, in-
vitus cogitur
fateri Smalcio-
us.*

CXII. Quæsumus lector, fige adhuc pedem, & adhuc vel bis vel saltem semel relegas & expendas hæc verba. Primò enim agnosce, quod fateri nolens volens cogatur Smalcio, Abrahamum accepisse signum circumcisionis ut TUNC (id est olim, suo ipsius tempore, ante Mosen) esset pater credentium in PRÆDESTINATIONE, & in ALIQUIBUS MINIMIS PRINCIPIIS. Ergò ipso Smalcio in conscientia convicto, & fateri coacto, (utut realem existentiam Filij Dei ante Mariam neget,) tamen aliquo modo tunc, cum accepit circumcisionem Abraham, factus fuit pater credentium. Habemus igitur confitentem reum, quem resiliere non patiuntur, hæc ipsius publicata verba, & sparsa per Germaniam, Poloniam & alibi sine omni dubio.

CXIII. Jam igitur reperatur Syllogismus pro doctrina nostrarum Ecclesiarum: Quo tempore Abraham fit pater omnium credentium, eodem tempore ex Abram (patre excelso) fit Abraham (pater multitudinis.)

Sed Abraham tunc cum accipit circumcisionem, fit pater omnium credentium, *confiteri ipsemet Smalcio coacto, utut pergat negare præexistentiam Filij Dei ante Mariam.*

Ergò Abram tum cum accipit circumcisionem fit Abraham, *ὁ πατὴρ ἐδὲ τοῦ θεοῦ Ἰσραήλ.*

CXIV. Addatur alter Syllogismus ex hac jam evictâ certitudine;

Qui dicit, se esse tunc, cum ex Abram fit Abraham, seu cum circumcisionem accipiens, Abraham fit pater credentium, is dicit se extitisse temporibus Abrahami, longè ante Mosen.

At Christus dicit, se esse tunc, cum ex Abram, fit Abraham,

ham, sed ut Smalcus interpretatur, cum circumcissionem acci-
piens Abraham fit pater credentium.

Ergo Christus dicit se extitisse temporibus Abrahami
longè ante Moſen, & sic ſalva manet Eccleſiarum noſtrarum explicatio
ſuper oraculum Chriſti, Antequam Abraham fieret ego ſum, fateri
coacto hoc ipſo adverſario noſtro.

CXV. Et hoc unum eſt in verbis Smalcij, probè & accuratiſſi-
mè penſitandum. Alterum eſt, quod dicit, 1. tunc ex minimis prin-
cipijs ex Abram factum fuiſſe Abraham. 2. Raros prorsus ex-
traneos ad Deum converſos ante Chriſti tempora. 3. (Ecce hor-
reſco referens) converſis ad Deum, ante Chriſti tempora non
hoc contigiſſe, quod Deus ita procurarit. 4. (Penna manibus
meis heret cum hæc ſunt ſcribenda,) converſos ante tempora
Chriſti raros extraneos fuiſſe, non quod Deus ita procuravit,
ſed alijs de cauſis, & interdum PARUM DEO ACCE-
PTIS.

Audi lector ma-
xima Smalcij
ABSVRDA.

CXVI. Sit ita: minima fuiſſe principia converſorum ante
nativitatem Chriſti, adeoque pauciſſimos ex Ethnicis una cum
Judæis ſalvatos fuiſſe, tamen interim verum manet illud, Abra-
mum factum fuiſſe Abrahamum ipſius Abrahami circumciſi
temporibus. Eſt parumper ex Abram fuit olim factus Abra-
ham, tamen fuit tunc factus: Fit enim illud, quod etiam levi-
ter fit, tunc, cum fit. Tunc autem ex Abramo factus eſt Abra-
hamus, quando ex utriſque populis coijt una Eccleſia. At
illud factum fuit teſte Smalcio etiam ante nativitatem Chriſti,
Ergo etiam ante nativitatem fuit Chriſtus, juxta oraculum
Chriſti, hoc extorto ſenſu Smalciano intellectum, Antequam
Abraham fiat. Sic ergo Smalcus adhuc relinquere nolens vo-
lens nobis cogitur integrum & immutilatum iſtum ſacrum
aphoriſmum.

CXVII. Verum enim verò & ante Abrahamum tum ex pro-
ſapia lineæ Chriſti, tum ex lineis alijs coaluiſſe populum Dei
patet ex Abrahami cogtaneo Melchizedeco. Is enim pi-
tiſſimus fuit & citra omne dubium ſalvatus, & tamen non ori-
undus ex linea Chriſti, verum ex alia Hebr. 7, 6. Et quis dubi-
tet Melchizedecum etiam pios habuiſſe parentes, à quibus do-

trinam veram exactè accepit. Ipse enim non sacrificavit, sed hanc prerogativam lineæ Christi, Sem & Abrahami sartam testam reliquit.

*Vide lector,
quomodo Deus
procurare
sategerit olim
extraneorum
omnium salutem.*

CXVIII. Præterea quovis tempore plurima agmina gentium ita dictorum extra lineam Christi, Dei veram agnitionem habuisse, & ad eam hauriendam seu ambiendam divinitus vocata & invitata fuisse, satis evicimus disputatione nona. *Laudate eum omnes gentes, laudate eum omnes populi*, Ps. 126. Et 1. Reg. 8. 42. Salomon precatur Deum, ut Ethnicos adoraturos in templo Domini exaudiat, *quin &* atrium gentium erat singularis locus in templo Hierosolymitano ante nativitatem Christi apud Josephum lib. 15. cap. 14. de antiquit. lib. 6. cap. 6. de bello & lib. 2. contra Apionem. Sed vide lector totam disput. 9. *ante hæc thesi* allegatam. Et omninò promissio divina. *In semine tuo benedicentur omnes gentes* non tantum pertinuit ad homines Novi Testamenti sed æqualiter ad cunctos homines Veteris Testamenti ad quos quovis seculo enunciabatur Gen. 22. 18.

CXIX. Disputationem igitur nonam si optime lector cum verbis Smalcij paulò ante allegatis contuleris, fateri necessum habebis ipse, has esse falsissimas falsitates & injuriosissimas blasphemias in sacrosanctam majestatem divinam, nimirum quod RARI profus extranei ad Deum conversi fuerint ante Christi tempora, & quod ijs qui ad Deum convertebantur, non constiterit hoc ideò contigisse, QUOD DEUS ITA PROCURARIT, sed alijs de causis, & interdum parum DEO ACCEPTIS, quod scilicet Judæi studio VANÆ GLORIÆ aliquem profolytum facere anniterentur, quod Phariseis etiam Dominus objiciat Matth. 23. 15.

CXX. Blasphemiam summam, notam non possunt non incurere hæc verba adversarij: Quasi vero Christo potuerit ingratum esse studium Judæorum in convertendis Ethnicis, cum nosset probissimè dictum & mandatum hoc esse Judæis, *Annunciate inter gentes studia ejus Timeat Dominum omnis terra, omnes gentes plaudite manibus, jubilate Deo in exultationis voce* (passim in Psalmis) Hoc reprehendit Christus in Phariseis quod postea conversum ab Ethnicismo non rectè instituant, sed traditionibus suis humanis profolytum faciant filium gehennæ v. 15. 121. Sed

CXXI. Sed **ULTERIUS** aliquid monendum venit de æterni- *Quomodo pro-*
tate ἡ λογ. Dicitum fuerat nullum reperiri posse vocabulum *banda esse vi-*
in ulla lingua, quo præcisè comprehenderetur significatio æ- *deatur æterni-*
ternitatis talis, quæ & omni principio & omni simul sine deit- *tas Patris &*
tueretur: Et hac de re prolixius actum in postremis disputatio- *Filij.*
nibus tribus de SS. Trinitate, ad quas Smalcus nihil respon-
dit, utrum acceperit & viderit, nec ne, ignoramus.

CXXV. Econtrario demonstratum fuerat, Deum Patrem
aliter, quod sit æternus, non describi in sacris literis, quam hoc
pacto, *quod fuerit antequam terra fieret, cum nondum essent abyssi, nec fon-*
tes aquarum, nec montes, & quod non exprimat ullum tempus, quo cœperit.

E. si de Christo idem potuerit probatum dari, quod fuerit ante
suam ex Maria natiuitatē, & quod nullū exprimat ante nati-
uitatē carnis suæ ex Maria tēpus quo cœperit, tūc sequetur eun-
dē quoq; esse personam increatam & per consequens æternam.

CXXIII. Audiamus verò quid ad hanc argumentationem,
respondeat Smalcus. Sic igitur habet contra disput. 1. de Tri-
nitate fol. 12. *At totum hoc inquit elumbe esse, quis non videt. Primum e-*
nim plane incertum est, æternitatem Dei ita describi. Possunt quidem ista de
Deo predicari, qui æternus est SED NON statim IDEO de eo predi-
cantur, quia æternitatis ipsius sint argumenta. Nam nisi aliunde constaret,
Deum esse æternum vel ab æterno, nunquam istiusmodi loquendi modis id e-
vinceretur. Deum verò ab æterno esse ETIAMSI quoad literam NUS-
QUAM FORTASSE scriptum extet, ita docet ratio ipsa, ut nisi æternus
sit, Deus etiā esse nequeat, nempe summus QUANQUAM IBI id ex-
presso dictum esse, jure CENSERI POTEST, cum Deus dicitur æternus.
Hæc enim vox, tam eam quæ à tempore ut loquuntur, ANTE quam quæ à
tempore POST æternitatem significat. Hactenus verba Smalcij.

CXXIV. Sensus eorum ille est, nusquā fortasse ad literam scriptū
extare Deum ab æterno esse, quanquam ibi censerī possit, id ex-
presse dictum esse, cum Deus dicitur **ÆTERNUS**. Videantur
ergo in gratiam Smalcij alia loca Gen. 21, 33. Dan. 6, 26. Rom.
16, 26. ubi Deus dicitur æternus & in Hebræo est אלהים in græco
αἰώνιος. Et Hieronymus super Gal. lib. 1. c. 1. vult אלהים cum Vav
significare æternitatem sed sine Vav אלהים annū quinquagesimū.

CXXV. Verum enim verò jamdudum ad Smalcij & ad
Hie-

Hieronymi sententiam fuit in posterioribus disputationibus de Trinitate responsum, Gen. 17, 8. Exod. 21, 6. Deut. 15, 17. 32, 7. Josuæ 24, 2. reperiri olam cum Vav, neq; tamen ibi significare æternitatem. Multò verò minus olam sine Vav significat æternitatem, unde Thargum Gen. 21. omittit Vav, quod tamen Hebræus textus habet. *Servus servyt ei in æternum*, quis non videt esse, usquè ad annum jubilæum intelligendum. Quapropter, totus fallitur Smalcus, quando ex vocabulo (æternus) si Deo additum est, vult æternitatem probare, siquidem illud ipsum vocabulum etiam additur alijs rebus non prææternis, vel in æternum mansuris.

CXXVI. Illud magis mirari necessum habemus, quod etiam ad rationem confugit, & scribit. *Etiamsi quoad literam, nusquam fortasse scriptum extat, ita tamen docet ratio ipsa, ut nisi æternus sit, Deus etiam esse nequeat, nempe summus*. Non ex ratione de proprietatibus essentiæ divinæ Smalcio discurrendum permittimus, sed verbum Domini requirimus, quo eum destitui certum est. *Itaque necessario stat nostra assertio, Illud æternum esse quod fuit, antequam terra fieret, cum nondum essent abyssi, nec fontes aquarum, nec montes, nec colles, & de quo non exprimitur ullum tempus quo cæperit.*

CXXVII. Instantia sese munire connititur Smalcus in hunc modum fol. 12. contra primam disputationem de Trinitate: *Manifesta est consequentis fallacia; Non enim, ut de eo qui æternus est, jure dici potest, eum fuisse antequam terra fieret &c. Sic vicissim de eo qui fuit antequam terra fieret &c. dici potest, eum fuisse ab æterno. Nonne enim Angeli fuerunt antequam terra fieret & mundus crearetur? In ipso enim mundi initio jam tum aderat Diabolus primis parentibus. Hunc verò eodem momento creatum & damnatum fuisse valde absurdum videtur, & tamen æterni non sunt. Nonne etiam Arius concedebat Christum vel Filium Dei fuisse, antequam terra fieret, & mundus crearetur, & tamen ab æterno eum esse pernegabat. Erat enim aiebat, tempus, quando non erat. Hæc ibi.*

CXXVIII. Sed quis largietur adversario, vel unde probabit adversarius, angelos fuisse antequam terra fieret & mundus crearetur. Si ad locum Job. 38. confugeret, nihil ille pro ipso adjuvando habebit (*Vbi eras quando fundabam terram, quum pariter lau-*

laudarent stella laminis & jubilarent omnes Filij DEI) Aut enim hic agit de homine primo, & rectè se res habet, quod Angeli creati fuerint ante hominē, aut agit de Jobo, qui multo minus potuit esse ante Angelos. Præterea si sentit Diabolum fuisse statim initio cōdendi mundi, jam modo data responsio sufficet, Diabolum autē tandem primis parentibus adfuisse, quid hoc ad hunc rhombum. Inter creationem angelorum & hominum, deinde inter lapsum utrorumque intercessisse nihil temporis, quo argumento aliquis obtineret. Non enim sequitur, statim commemorantur post se invicem, ergo vel simul vel non longe distito tempore evenerunt. Is merito allegabitur ad alias historias, quæ res disiunctissimis temporibus, factas tamen simul conjungunt in sacris Scripturis. Ariani Christum negant esse æternum, sed tamen hoc processu, quia probare conantur à DEO ipsum in tempore genitum esse.

CXXIX. Pergit Smalcus & novam instantiam producit his verbis ilicò ibidem: *Alterum Argumentum, ita est infirmum, ut sese sustinere nequeat ullo modo. De quo scriptura non perhibet, quod vel fieri vel creari ceperit, de eo concludi potest ipsum carere omni principio, esse increatum, atque adeò eundem cum patre verum DEVM. Christus est talis. Ergo. Probatio majoris est talis: quia ex eo, quod Scriptura non exprimit ullum tempus, quo DEVS ceperit unquam, colligitur DEI aternitas. At ego nego illud, quod tempus non exprimat, quo DEVS ceperit, argumentum esse DEI aternitatis, & certe NOVVM EST, ex testimonio negativo aliquid velle concludere. Nonnè verò fieri posset, ut aliquis certo tēpore capisset, idq; ex certis cōstaret rationib., & tamen illud Scriptura non exprimeret, propter hoc ipsum, quia neminem tam bardum futurum creditum fuerit, qui hac negaturus esset. Et hic iterum oppono illud de Angelis. Nam de his nihil expressè testantur sacra litera, quod vel fieri, vel creari ceperint, & tamen nemo credit, eos carere principio, esse increatos, atq; adeò ut ineptissimè addit Franzius, eundem cum patre verum DEVM. Hæc ibi.*

CXXX. At & hic nihil nostræ argumentationi nocet Smalcus. Angelos esse creatos, expressè docetur Psalmo 148, 2. nominantur ibi omnes creatura & invitantur ad laudandum Dominum & inter illa creata numerantur Angeli. Deinde non hæc est forma argumenti, quod Arianis seu Photinianis solemus opponere. *Cujus creatio nulla extat, is est idem & unus cum patre DEVS. Sed hæc: Si Christus fuit ante suam ex Maria nativatem & si nullis creaturis annumeratur,*
F
deniq;

denique tantum unus est verus DEVS, omnino consequens erit, Patrem & Filium esse duas personas in una indivisa essentia divina. Postea singula membra axiomatis connexi ordine probamus.

CXXXI. Negare vult adversarius æternitatis DEI argumentum, esse illud, quod non cepit, quod novum ei videatur, ex testimonio negativo aliquid concludere velle. Verum judicent alij, an non talia argumenta, in tantis rebus utiliter adhibeantur, & quæso quomodo aliter definiat æternitatem, quam quod careat principio omni & fine omni. Jam *non nunquam cepisse æquipollet, illi non carere principio.* Explicationis loco annectitur illud *carere principio, de quo Scriptura non refert, quod unquam cepit.* Omnes enim alias res suo tempore cepisse Scriptura testatur, id quod eam leviter percurrentes passim animadvertent. Nihil igitur huc usque vel minimum jure obtinuit Smalcus.

CXXXII. Ad aliud descendendum est magis speciale, Es. 63. trium fit mentio, Jehovæ, Angeli faciei ejus, & Spiritus S. & his tribus attribuuntur merè divina opera. Cum igitur tantum unus sit Deus & verò tribus illis, eadem opera, æqualiter attribuuntur, omni jure concluditur, tres esse illas personas in una indivisa DEitate.

CXXXIII. Audiamus scommata Smalcij: *Hæc inquit est tam diu expectata probatio trium personarum in una divina essentia. Quem verò non commoveat, aut saltem cui non doleat, tanta hominum in pronanciandis rebus, ne per speciem quidem probatis audacia.* Fit mentio trium. Ergo tres sunt personæ. *Quæ connexio, quæ consequentia?* Respondemus nos ipsi in his verbis, (in Es. 63. c. fit mentio triū. Ergo sunt tres personæ divinitatis) nullam esse connexionem, nullam esse consequentiam nec opus fuisset ut super his indignaretur adversarius: aut cogitaret saltē, nostros in tali argumentatione aliquā posituros esse fiduciam.

CXXXIV. Sed pergamus audire adversarium, qui sic ulterius scribit: *Hoc utut tolerabile sit, illud quomodo hinc concludetur, Fit mentio trium, ergo tria illa sunt tres personæ in una DEI essentia.* ARRIGITE AVRES studiosi Academia VVitebergensis, & SOLIDITATEM fundamenti, super quod dogma Trinitatis vestra superstructum est, mecum perpendite, si hoc est illustrissimum, de tribus personis in una eademq; divinitate subsistentibus monumentum, quid de aliis minus illustribus sperandum erit. Hæc ibi ille. Et hic nos iterū cōcedimus ea, quæ dicit adversarius, nullam esse soliditatem in hac argumentatione; Fit Es. 63. mentio triū, ergo tria illa sunt tres personæ in una DEI essentia. Neq; hæc est mens nostrarum Ecclesiarum, neq; illa in thesi præcedenti. Tria nominantur. Ergo sunt tres personæ.

CXXXV. Idem n. esset ac si quis diceret: Hagg. 2. 7. 8. 9. 10. quater
 fit mentio Jehovæ exercituū, Ergò quatuor sunt subsistentes per-
 sonæ in una & eadē divina essentia. Jos. 22. 22. sexies mentio extat
 nimirū, El Elohim Jehova El Elohim Jehova, ergò adhuc plures
 sunt personæ divinitatis. Quo sine has exclamations tragicas præ-
 miserit adversarius, judicent alij: ut & quo sine nostris Ecclesiis ta-
 les affingant argumentationes. Nam & illicò quasi retractans istas
 tragicas exclamations sic inquit, Non negamus, mentionē fieri Jehovæ
 & Angeli faciei Jehovæ & Spirit. S. Iehovæ, sed negamus 1. Angelū faciei Iehovæ
 esse Filiū DEI, 2. negamus etiam si Angelus is esset Filius DEI, eum esse talē perso-
 nam divinam, qualis Pater est, 3. negamus Spiritum S. esse personam, 4. ne-
 gamus deniq; hos tres vel hæc tria esse unam illam DEI essentiam. Hæc ille.
CXXXVI. Item pergit: Hæc omnia ad statuendum istud Trinitatis, qua-
 lem credit Franzius, dogma pertinet. Horum verò nihil hic continetur. Horū ni- *Vidit Franzius*
 hil ex loco adducto probatur. Apparet Franzium nunquam cum illis vel collo- *Arianorum de*
 cutum esse, vel etiam congressum per scripta, quos tantopere insectatur: Nun- *his rebus respō-*
 quam enim hoc testimonium attulisset, quo sane nihil infirmius excogitari po- *siones, collocu-*
 tuit ad conficiendū id, quod in questione est, FRUSTRA igitur TANTOPEER *tus est ipsemet*
 LABORAT, IN DEMONSTRANDO, quod Angelus iste faciei Jehovæ sit ipse de hoc nostra-
 Christus Nam hoc licet confecto, nondū tamen Trinitas ista effecta est, *cujus rum Ecclesia-*
 hoc testimonium illustrissimū Franzius monumentum appellarat. QVANOQVAM *rum dogmate*
 nec ILLO quidē FELICITER perfungitur; Hactenus verba adversarij, cum quibusdā *vestratib; sed*
CXXXVII. Ecce lector perpendas hæc verba postrema accurati- *solidā & ner-*
 is, quæ ex adversario placuit majoribus literis describere, cum in- *vosam respon-*
 quit, FRUSTRA TANTOPERE LABORAT IN DEMON- *sionem aliquā*
 STRANDO, QUOD ANGELUS ISTE FACIEI JHOVÆ SIT *tionem aliquā*
 PSE CHRISTUS. Ergo fatetur adversarius, probatum fuisse, (et si vestram in hoc
 sibi ipsi nō satisfactū putet) quod Angelus faciei Johovæ sit Filius usque mo-
 Dei. Hoc si verum est, sicut disputatio prima ipsa testatur, sicut his mentum non
 jam majori litera scriptis verbis cōfirmat adversarius ipse, cur su- *vidit.*
 pra in simulavit idem, quasi hoc pacto concluderemus. Esa. 63. fit
 mentio trium, Ergo tres sunt personæ in una divinitate subsistentes.
CXXXVIII. Nequaquam n. argumentari fuimus in istom nullius *Argumentum*
 momenti valore, sed totum scopū fecimus istū. Si est unus tantum pro Trinitate
 DEVS, & tamen Es. 63. trium sit mentio, quibus tribus equaliter ascribuntur ex V.T.
 merè divina effecta, tum necesse est, illa tria esse tres hypostases in una & eadē
 indivisa essentia divina. Deinde quod Angelo faciei & Spiritui S. divi-
 na effecta eadē quæ Patri ascribātur, in eadem disput. pro modulo
 scripti illius probatum dare volumus. F 2 Ec

Et hoc ipsum fateatur adversarius, his verbis, FRUSTRA LABO-
RAT TANTOPERE IN DEMONSTRANDO QUOD AN-
GELLIS ISTE FACIEI JHOVÆ SIT IPSE CHRISTUS.

CXXXIX. Exuscitare igitur debuisset suis exclamationibus stu-
diosos nostros ad expendendam probat ionem datam, ipse verò
exuscitat eos ad expendendum hoc suū nobis affictum argumen-
tum, *Esaia 63, sit mentio trium, ergò tria illa sunt tres personæ in una DEI es-*
sentia. Non inquiremus ipsi in finem talium acclamatio num, sed
studiosos hortamur & omnes hæc ipsa lecturos, ut ipsimet judici-
um sibi met ipsis sumāt, de hoc negotio. Rem ipsam quod attinet,
& in specie, quod Angelo faciei Jehovæ, qui ab Esaia cap. 63. no-
minatur, merè divina effecta tribuantur tum in prima disputati-
one, super Augustanam cōfessionem aliqua pro modo thesium A-
cademicarum, tum plura in posterioribus, de Trinitate thesibus
super eandem Augustanam confessionem argumenta dedimus,
quorum examinationē adversarijs diligēter cōmittimus, cum ad
easdem in hoc libro Smalcij responsum aliquid esse nō videamus.

*Pro divinitate
Filij DEI ex
Vec. Test.*

CXL. Quicumq; à sanctissimo Patriarcha Jacobo & Esaia Pro-
pheta in operibus creationis & in operibus alijs mere divinis con-
jungitur æqualiter cum Creatore omnium creaturarum, illum
necesse est esse cum Patre unum & eundem verum D E U M in u-
na & eadem essentia divina.

At à Jacobo Patriarcha & Esaia Propheta Angelus Je-
hovæ seu faciei Jehovæ in operibus illis jam dictis conjungitur
cum creatore omnium Creaturarum æqualiter.

Ergò Angelum illum Jehovæ necesse est esse cum Patre unum
& eundem in una essentia divina verum Deum.

Minor probata est, multifariam ex Gen, 48. 15. 16. Angelus qui
eripuit me de cunctis malis, benedicat pueris illis, & invocetur su-
per eos nomen meum & ex Esaia 63.

CXLI. Brevitati studendo. Hic Angelus stratagemata Jacobi be-
nedicit & moderatur conceptionem ovium, quando toties ei mer-
cedem mutabat Laban Gen, 30. 37. & seq. & 31. 11. 12. 13. Deinde ab
hoc Angelo petit Jacobus, ut ex duobus filiis Josephi constituat
duas tribus, ita ut istis duabus tribubus dentur duodecimæ par-
tes terræ Chanaan, quarum aliæ duodecimæ erant aliis dividendæ.
Item ut faciat horum duorum filiorum Josephi posteritatem fer-
tilissimam

rilissimam & amplissimam: Ecce igitur moderari conceptionem
omnium, immutare decretum DEI de terra postea aliter dividenda,
quae iam ab initio fuerat constitutum, reddere gentem fertilem sunt
opera soli Creatori DEO propria.

CXLII. Cum his conjungi debent opera praestita ab Angelo in
educatione ex Aegypto delineata in prioribus thesibus, ubi praestat
quae ab eo Jacobus petierat, pro quibus omnibus tandem ipsi (quod
creatis angelis nunquam accidit in Scripturis) gratias agit Esaias
peculiari formula Es. 63. Haec latius deducta thesibus de Trinitate
prioribus hoc loco breviter saltem indigitare, nunc dilatare
non placuit.

CXLIII. Frustra igitur Smalecius contendit nihil usitatus in sa-
cris literis eo quod aliquid iam DEO tribuitur, iam aliis, per quos
DEUS aliquid efficit diverso respectu, & diversa ratione. Hoc
quidem concedimus de effectis diversa ratione consideratis, DE-
US educit Populum ex Aegypto & Moses educit eundem ex Aegy-
pto, ille faciens mira & cogens Aegyptios dimittere populum, hic
pronunciando mira & voluntatem Domini. At in nostro exem-
plo Angelus ipse una cum patre DEO invocatur, ut faciat simul &
aequaliter ea, quae iam sunt indigitata, jubeat distributionem ter-
rae fieri aliter, quam initio fuerat praedicta, multiplicet gentem,
duorum filiorum Josephi & faciat eos in gentem magnam, id
quod unum divinae potentiae est proprium. Iterum autem repeti-
mus istud: Angelo Gen. 48. pariter & DEO ibidem versu precedente nomi-
nato attribui opera merè divina, ut benedicat duobus filiis Josephi, & faciat ut
vocetur nomen patrum eius Abraham & Isaac & Jacob in eis, & ut multipli-
centur plurimum in terra.

CXLIV. Benedicere interdum significat à DEO petere alteri be- Benedicere cum
nedictionem, aut etiam praedicere alteri benedictionem, sed hoc effectu solius
loco benedicere est ita efficere felicitatem, sicuti eandem efficit DEI proprium
DEUS ipse. Videantur theses priores de Trinitate. & idem quod

CXLV. In Colloquio Albi Julij habito anno 1568, inter orthodo- benefacere.
doxos & Photinianos saepe fuit objectum hoc oraculum, & respon-
dit Blandrata in actione quinti diei, non longè à fine his verbis: Blandrata
Dicimus de Angelo illo Gen. 48. qui eripuit Jacobum de omnibus malis VEL, expositio super
personam Christi sustinuisse, vel aliquem ex Angelis fuisse missum à DEO ut Gen. 48.
Jacobum liberaret: nec inde posse Melium suum aeternum Filium realiter exi-
stentem vel Angelum aliquem fuisse increatum colligere.

Venus instan-
tia Smalcij
um Resp. 1.

CXLVI Instantiam Smalcij intendit, si constaret (inquit fol. 16.) Iesum fuisse, antequam nasceretur ex virgine, possent talia fortassis ad eum qualicumque modo pertrahi. At isto non probato, quid aliud isti faciunt, qui ex huiusmodi infirmis consequentiis sua dogmata defendunt, quam quod produunt, se Argumentis & τῶν πῶτος sacrarum literarum destitui, quod tamen nobis magnifice antea Franzius promiserat sese exhibiturum. Hæc ille.

CXLVII. Verum audi benignissime lector, eodem modo postulari posset, ut prius probemus, DEUM initio creati mundi extitisse, quam ut probemus eum initio mundi creati dixisse fiat lux, fiat extensio &c. An non dum probatur, DEUM cap. 1. Geneseos creasse mundum, eo ipso simul probatur, eum extitisse, quia non nisi suppositorum possunt esse actiones. Ergo quando probamus præter Patrem etiam aliam personam eadem divina operatam esse, quæ operatus est mera divina Pater, eo ipso necessarium est, tunc temporis extitisse talem aliquam personam.

CXLVIII. Immo postea quando novimus ex DEI verbo non nisi unum esse DEUM, & tamen convincimur claro verbo divino, plures *ὑποστάσεις* dari, non male concludimus, in una divina essentia plures esse personas. Ergo quia Gen. 48 Jacob ab Angelo petit dari sibi talia, quæ non nisi a vero Deo ipso dari possunt, eo ipso confirmat, merè divina esse, quæ ipsi contulit antea idem Angelus, præter commune alijs Angelis attributum morem gratias agit his verbis, *Angelus qui eripuit me de cunctis malis*. Similiter quia Gen. 48. merè divina petit ab Angelo Jacobus, de ijs ipsis rectissime postea Angelo gratias & gloriam habendam esse docet Esaias cap. 63.

CXLIX. Quin etiam petit Jacobus ab Angelo, & pro quibus præstitis merè divinis gratias agit Angelo Esaias, eadem Angelus ille in eductione etiam ex Ægypto cumulatissime præstitit. Confer priorè & posteriores nostras disputationes de Trinitate super Augustanæ confessionem donec eadem omnia prolixius tractata in publicum veniant.

Quid dispositio
Angelorum
Act. 7, 54.

CL. Valde sibi placet adversarius in exagitanda phrasi, *legem datam esse in dispositione Angelorum*, ubi vox DISPOSITIO explicatur ex Epistola ad Hebræos loco alio non loquente de lege sed DISPOSITIONEM vocante CONVENTUM. Sed æger animus semper errat, & quia sibi præsumit non tantum refutando, sed etiam scomatizando, ut tota facies rerum ostendit, Ecclesiarum Augustanæ confessionis doctrinam debellare, ita Smalcij ubique rapit materiam carpenti,

carpendi, sed PRORSVS NULLO CVM SVO SUCCESSU, si-
cut eventus, DEO dante testabitur.

CLI. Tale est illud de Angelo Angelorum quod ex Reuchlini an-
notationibus illustrandi, non confirmandi gratia adducitur, de quo
iusto tempore plura. Econtra quando Smalcus fol. 14. Angelum fa-
ciei Iehova vult pro suo sensu declarare, ipsemet confugit ad Vata-
blum, ad Calvinum, ad Oecolampadium & alios. Idem verò stu-
dium in alio, homo iste tolerare nequit. Sed hæc pauca in tran-
scursu annotare & examinare libuit, ut videant lectores, quid spe-
rare debeant de toto libro prolixo, quo sibi theses super Augusta-
nam confessionem à Franzio conscriptas refutandas sumit.

CLII. Præterea vel hac potissimum de causa non potuimus ista
prætermittere, quia in hac doctrina sacrificiali vis passionis & me-
riti Christi omnis dependet à persona Christi, DEI & hominis, ut
videant singuli, Smalcium scommatibus de hac doctrina triumphum
agere, & victoriam ostentare decrevisse, interea a, in rei veritate
apud pios & prudentes suspectissimum seipsum variorum vitiorum
redditum. Talia enim eius effata in medium ex libro ipsius & in
conspectum Ecclesiæ producemus, quæ cum Scripturis, nimium
quantum pugnabunt, quibus singuli mirabuntur, & abomina-
buntur & nemo nisi deploratæ religionis & desperatæ rationis ho-
mo assentiri vellet.

CLIII. Spiritum Sanctum ait fol. 34. in operibus divinis omitti,
& citat, cum Apostoli nunquam gratiam & pacem precantur à Spiritu
sancto, ut eam precantur à Patre & Filio: qui tamen 2. Cor. 13.
non nescit, quod precetur Paulus Apostolus, ut gratia Domini Je-
su Christi, & Charitas DEI, & Communicatio Spiritus Sancti fit
cum omnibus, qui non nescit 1. Cor. 12. Spiritum distribuere
dona varia sicut vult.

CLIV. Ad illud verò Joh 17, 3. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant
te illum solum DEVM, & quem misisti Iesum Christum*, prolixè & solide
responsum thesibus de Trinitate posterioribus, disputatione
2. à thesi 16. non tum questionem fuisse de DEO uno, vel de
DEI unius personis, sed an Christus à DEO fuisset missus
Messias & huc usque opera divina DEI potentia effecisset
& deinceps effecturus esset. Id quod ex toto capitulum 13.
14. 15. 16. 17. coherencia evictum est, usque ad thesin 38.
Post-

De Spiritu S.
Questio Smal-
cij.

Postquam igitur Christus præcedentibus capitib. hoc jam indig-
ratum thema expediverat, capit. 17. precatorem anne citat, ut Pater
discipulos suos conseruet in illa veritate. Hanc n. esse vitam æter-
nam & Apostolis & aliis per Apostolos edocendis, ut cognoscant,
à vero DEO missum fuisse ipsum Messiam, & nequaquam te ope
Diabolica, quemadmodum cavillati fuerant Judæi, tantas res de-
signasse. Videatur disputatio jam indicata.

Optime notā-
dum Smalcij
essatum.

CLIV. Cætera suo loco videbimus : ac silentio nunc præterire
non debemus, quod Smalcij de formula Baptismi (ubi mentio
est Patris, Filij & Spiritus Sancti, adeoq; cum duabus personis con-
junctus Spiritus S. meritò & ipse pro persona agnoscendus venit)
fol. 36. sic scribit : *Iure credi potest, propriè ista verba Patri & Filio compete-
re, qui personæ sunt, impropriè autem Spiritui Sancto. Et Christum fortasse
nunquam ita locuturum fuisse, si de solo Spiritu sancto sermonem habuisset.*

Hæc ille. Expendant hæc verba omnes pij homines, Christus jus-
sit baptizari in nomen Patris Filij & Spiritus sancti, & ita per se-
cula sedecim Ecclesiæ Christianæ obsecutæ sunt præscripto Chri-
sti, atque ex primo intuitu & auditu horum verborum unusqui-
libet non modo plebeius, sed & eruditissimus in hanc venit cogi-
tationē, jussos esse homines baptizari in nomen trium personarū.

CLV. Præter ea quæ de illo dicto hæcenus alij Photiniani dis-
seruerunt, nunc Smalcij valde audaci & satis Magisteriali conatu
scribit, *Christum non ita locuturum fuisse, si de solo Spiritu Sancto sermo-
nem habuisset.* Ergò Christus solacismum forsan commisit, juxta
mentem Smalcij in illis verbis, cum jubet etiam baptizari in nomē
Spiritus sancti, nec juxta Smalcij judicium ita locuturus fuisset, si
de solo Spiritu Sancto sermonem habuisset.

CLVI. Nolumus nos hæc verbis exaggerare, sed judicium com-
mittimus universis & singulis utriusque partis, quid sentiendum
sit de hoc placito Smalcij, & talibus placitis audacibus plurimis
tanquam flosculis Smalcianis, exornatus est liber ipsius, quem ad-
versus Franzij theses, super Augustanam confessionem concin-
natas scripsit.

CLVII. Pater Filius & Spiritus Sanctus in baptismo super nos
invocati defendant gloriam & veritatem suam, quam unicam
nos nobis, id est cunctis nostris meditationibus & actionibus
propositam habemus, cui vero DEO laus sit
in secula A M E N.

94 A 7382

ULB Halle 3
002 183 692





SB.

VD 17

21,7.99 Bd.







DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM
DE
SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRIS-
TI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-
MISSIMIS.

Adversus recentiores Arianos seu Photinianos, Satisfactio-
nem CHRISTI omnem pernegantes

DECIMA QUARTA:
Methodum occurrendi primarijs quibusdam
Photinianorum objectionibus demonstrans.

NON QUÆ
In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo Arcis
ad d. 27. Sept. Anno cdo 1o cxv. in inclusa VVitteber-
gensium Academia habebitur.

PRÆSIDE

VVOLFGANGO FRANZIO, S.S.

Theologiae Doctore, & Professore Publico.

RESPONDENTE

JOHANNÉ LAURENTIO
VRATISLAVIENSI.

VVitteberga, Typis Johannis Gormanni.